gratiw t ... smu op

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
24 G
20

E.875.

-23'L'9

VI E 96 b 3

TRACT.

DE COMMVNI V. I. DOCTORVM OPINIONE.

Constituenda, attendenda, & pœnis recedentium ab ea.

Autore Antonio Maria Coratio Cortonensi. V. I. D.

Vna cum Indice rerum, ac verborum locupletissimo.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VENETIIS, M. D. LXXIII.
Apud Camillum Franciscinum.

ILLVSTRISSIMO PETRO VRSINO HEROI PRAESTANTISSIMO.

Anto. Maria Coratius. S. P. D.

CVM Ioannis Baptistę fratris mei exẽplo ac hortatione (Princeps Illustrissime) quinq; ab hinc annis ad Iuris scientiam me contulerim, eiusdem fratris imitatione, qui, cum Iuris disciplinam audiret in almo Pisano gymnasio, complures in Iure assertiones, ac quæstiones disputandas edidit, ac per annum extraordinarium Iuris Pontificij interpretandi munus subijt, existimabã, meũ esse, aliquo pacto testatum relinquere, me legum studijs operam tam sedulam per totum istud tẽpus impendisse, ut si parũ profecerim, saltẽ labores diurnos, nocturnosq; suscepisse uideri possem. Quamobrem diu cogitanti, quæ nã mihi in hac re esset ineũda ratio, in mentem uenit, uoluntati meæ satis fortè fieri posse, si tractatum de Communi Opinione æstiuis uacationibus Anni superioris ad priuatam solum commoditatem, ac exercitationem conscriptum in lu-

cem proferrem. Itaque,cum eum nonnullis Viris in hac Doctrina apprimè doctis ac eruditis, meiq; imprimis amantantissimis uidendum, examinandumq; tradiderim, & hi cum ob utilitatẽ saltem materiæ, ac laborem,& diligentiam in ea explicanda adhibitam opus prorsus non improbauerint; constitui illud Amplissimo nomini tuo dicatum typis mandare. Nam,licet nõ me lateat,ea, quæ in omnium conspectum sunt proditura,non solum ingenio, & eruditione illustrata, sed etiam elegantia verborum,sentẽtiarumq; grauitate ornata, ac omnibus numeris absoluta conspicienda esse(ita enim fit, ut autores suorum laborũ debitam laudem consequantur)& licet ẽt, istorum ne unum quidem me in hoc opere præstitisse,semper ueritus fuerim ; difficultatem tamen omnem facilè superaturum mihi persuasi,quando te(Illustriss. PETRE) operis patronum grauissimum,simulq; humanissimum constituerem; Nam Vrbanitate ista tua, morumq; suauissimorum comitate, qua omnes homines ad te amandum, celebrandumq; allicis,atq; trahis, me tibi mirificè deditum, cuius me in clientelam commisi,susccepturum te, nõ despero:com

pertumq;

pertumq; habeo, facilè te à calumnijs detractorum opus hoc protecturũ, ac defensurum cum celebri, ac insigni autoritate Illustrissimæ ac Amplis. VRSINORVM gentis, tuæq; specialiter Grauinẽsium familiæ, ex qua tibi Pater Auus, Proauus, cæteriquè Maiores, & hodie Frater Grauinẽsium Duces Clarissimi orti fuere, & innumeri Episcopi, Cardinales, ac Summi Pontifices, & præcipuè Illustrissimus, ac Reuerendiss. FLAVIVS Patruus tuus Cardinalium ordinis decus, & ornamentum in dies exiere; Tum etiam singulari Prudentia, morũ honestate, aliisque innumeris animi tui dotibus, quibus ita præfulges, ut hodie omnes te colant, obseruent, ac uenerentur expectantes postmodum (quod ad huc ętas prohibuit) te in Purpuratorum patrum numero esse cooptandum. Hilari igitur fronte gratoque animo (Illustrissime PETRE) munusculum istud accipe, quod licet Amplitudini tuæ nulla ex parte conueniat, erit tamen meæ ergate perpetuæ Voluntatis, & obseruantiæ certissimum apud omnes testimonium. Vale.

Dat. Perusiæ Decimo septimo Klend. Ianuarij M. D. LXXI.

TITVLI PRAESENTIS TRACTATVS.

Libri primi.

Libri Secundi.

Libri Tertii.

INDEX
RERVM, AC SENTENTIARVM OMNIVM
MEMORATV DIGNARVM,
Quæ in hoc Tractatu continentur elementario ordine digestus.

A

C

comm.

Quando

Quando

consulere

Doctoratus

E

F

G

H

I

N

Retentam

S

Vera

FINIS.

TRACTATVS DE COMMVNI OPINIONE V. I. DOCTORVM.

PRAEFATIO.

Summa notabilium.

1 *VERITAS disputando reperitur.*
2 *Communis opinio ergo falsa.*
3 *Communes opiniones efficiuntur per adhesionem complurium Doctorum diuersis temporib.*
4 *Doctores quandoque tanquam Aues, aut Oues sequuntur aliorum dicta.*
5 *Opinio vna hodie est Communis, mox contraria est magis communis.*
6 *Cõmunes opiniones in scholis nasci, crescere, et interire.*
7 *Lectores hodie acquirere laudem ex impugnatione Communis opin.*
8 *Ius tam latè patet, vt vnusquisque in eo aliquid noui possit inuenire.*
9 *Disciplinam omnem in dies perfici, vel peruerti.*
10 *Collectores Cõium opinionum nulla laude dignos esse.*
11 *Autores potius numerare, quam sententias ponderare sępe decipit ignorantes iudices.*
12 *In iudicijs veritas simplex quolibet reperta amplectēda.*
13 *Vera potius, quam noua sequi debemus.*
14 *Leges non possunt complecti singulos casus.*
15 *De similibus ad similia procedendum, & id Iurisprudētum interpretatione & nu. 16.*
17 *Quot capita, tot sententię.*
18 *Opinionum diuersitas reddit ius dubium, & obscurum.*

 19 *Obscuritas*

19 *Obscuritas peruertit ius.*

20 *Claritas propria legis, & lex obscura non allegatur ad decisionem causarum.*

21 *Autoritas Doctorum probabilis est, non necessaria.*

22 *Opinio nulla tam iusta, & ęqua, quæ subuerti non possit rationibus.*

23 *Iudices interdũ moueri potius ex rõne subtili, quã vera.*

24 *Iudex iniuste iudicans, facit litem suam, & alias pœnas subit.*

25 *Ex duobus malis minus malum eligendum.*

26 *Quod omnes, vel maior pars credit, pro veritate habetur, & communis opinio dicitur.*

27 *Cõmunis opinio consulendo, & iudicando seruanda est.*

28 *Iudex sequens Communem opin. excusatur in sindicatu.*

29 *Iudicans contra communem facit litem suam.*

30 *Communis opinio ęquiparatur legi, & eius vim sortitur.*

31 *Communis tanquam ius seruanda.*

32 *Communis opin. venit in statuto de lege loquente.*

33 *Communis opinio habet vim consuetudinis.*

34 *Communem tanquam legem imperare, vetare, permittere, ac punire.*

35 *Communis opin. non est adeo ęquiparata legi, quin sit inferior lege, & 36. & 37.*

36 *Communis superueniens tanquã posterior non tollit priorem communem contrariam.*

Nec prior ex eo, quòd non tollatur, attenditur, et 37.

38 *Communis, & magis communis in nihilo differunt, nisi quod magis communis seruatur.*

39 *Magis communis superueniens non annullat penitus cõmunem contrariam, & quomodo id procedat, nu. 40. & quare nu. 41. & seq.*

42 *Communis opin. prȩsumitur vera.*

43 *Prȩsumptio veritatis, quę est pro communi oritur ex autoritate Doct.*

44 *Magis communis opin. maiori numero, & autoritate Doct. fulcitur, quam communis.*

45 Prȩsum-

45 *Præsumptio efficacior tollit aliam minus efficacem.*
46 *Magis communis non tollit gesta tempore communis contrariæ.*
47 *Lectori multa subtilia etiam falsa aßerere licet.*
48 *Iudex, & aduocatus veritatem semper ante oculos habere tenentur.*
49 *Tradita in scholis sunt discutienda in camera, & postea in iudicijs practicanda.*
50 *Leges in scholis diglutiuntur. in palatijs digeruntur.*
51 *Practica est vera legum intellectrix.*
52 *Leges sapiunt, cum practicantur.*
53 *Communis opin. plura affert commoda.*
54 *Diuisio animũ legentis incitat mentem intelligẽtis, & cę*
55 *Ex ordine facilius disciplina percipitur, & retinetur.*

COMMVNIS opinio (hoc quidem verbo à nostris Doctoribus frequentius recepto, quo facilius res intelligatur vti nobis placet, argum. l. insula in fin. ff. de acqu. rer. domi.) quam sit in scholis contempta, quamq; in iudiciis culta, nemo est, qui nesciat. Nam iuris interpretes ingenii tantum uiribus confisi omnium rerum veritatem sola disputatione cõsequi volentes Cõem maledicis dentibus nunquã
1 desinunt lacerare, cum enim veritas † disputando reperiatur l. fi. in §. mista. & ibi Bar. nu. 1. ff. de munerib. & honor. c. graue, & ibi Glos. in verb. veritas 35. q. 9. & tradũt Martin. Laud. inter cons. crimi. diuers. in consi. 59. in facto præsupponitur, col. 1. nu. 2. lib. 1. pulchrè Matth. Gribal. de method. studio lib. c. 6. latissime Neuiz. in sua silu. nup. lib. 1. nu. 1. cum seqq Cagnol. in l. 2. nu. 235. in fi. C. de pac. int. emp. & vend. Crauet. in consilio. 135. verba decreti principalis) n. 18. Marc. Mant. in consi. 67. (viso processu inquisitionis) col. 3. nu. 43. lib. 1. Benincas. in

prefat.tit.inst.de action.nu.90.& alii passim, quoties aliquid communiter receptum occurrit,statim confugiunt ad dictum illud emanatum ex mēte Zasij lib .2.respon.c.1.prope fin.sub n.26.quod habet,
2 Communis opinio † ergo falsa: Nec mirum, nam
3 communes opiniones † plerunque efficiuntur per adhæsionem complurium Doctorum, qui diuersis temporibus non communicato inuicem consilio, nec diligenti aliqua veritatis indagatione adhibita hanc,vel illam opinionem amplectuntur ,vt pluribus ostendit Ludo. Gomes. in comm.& ad Reg. cācel. in procem. in 2.q.in 4.fundō partis affirmat. ver. præsertim quia doctores.Sed vel prout rei pro
4 priæ expedit, vel quasi † Aues, aut Oues imitati quarum una quādo uolat, aut quo cursum dirigit, omnes aliæ sequuntur, quod ab vno Doctore firmatur, id tanquam veritatem ipsam approbant, & insectātur c.cum in iuuentute §.unde nos, ibi scientes, quod dictum vnius facilè sequitur multitudo) extra de purgat.can.& ita respōdit Dec.cons. 494. quæ supra naturè)propè fin.sub n.15.uer.non obst. quod dictum Federici)que m referunt,& sequuntur Ludo. Gomes.in d. vers.presertim quia doctores) Nicol.Bellō.in cons. 59.ingeniosè admodum) sub nu.11. Neuiz. in d .sil.nup.lib. 5.sub n.9. post med. uer. ideo quandoq; errabant)Zas.in l.2.§.post hunc maximæ autoritatis in uerb.innouare instituit circa med.uersi. Iaffredus passerius) ff.de orig.iur.Io. pab.à Villalob.in trac.commun.opin. in littera C. in uerb.communis opinio nu. 107. post prin. late deducit Cæsar Contare.in l.diffamari in q. 18.nu. 113.C.de inge.& manu.Graua. in add.ad Vestr. in prax.lib.4.c. 5.in verb.quod si sub (nu.23.Rolan.à Vall.in consi.vlt.reuocatur in dubium)prope fi.nu. 50.lib.2.Nicol.moron.in tract. de fid. treg. & pac. part.2.q.12.nu.3. Quamobrem ipsi contra commu-

nes

nes traditiones semper ferè nouas sententias appro
5 bare profitentur, ex quo oritur, q; illa † opinio, quæ modo habebat contra se communem, mox magis communis efficiatur, ut aduertunt Ias. in l. sciendũ col. x. nu. 33. post princ. ff. de uerbo. oblig. late Purpur. in l. cum quid col. x. sub nu. 33. uer. & uidemus) ff. si cer. pet. Neuiz. in d. lib. 5. sub nu. 4. vers. & sic contingit) & n. 9. post prin. Maria. Iun. in cons. 158. abundè, & multum subtiliter) col. 13. nu. 70. lib. 2. Hieron. Grat. cons. 8. teneo, quod hęres) col. 1. nu. 4. lib. 2. Por. Imol. cons. 42. iuri, & æquitati consonum) nu. 2. Fran. Hercul. in trac. de proband. negat. nu. 302. propè fi. cum simil. & experientia, ac naturalis ratio clarè demonstrant; At cum opinio ista magis communis est effecta, more venatorum, qui feras, donec capiant, insectantur, captas verò parũ curant, & aspernantur, atque ad alias fugientes se conuertunt, receptas à pluribus sententias nouis argumentis, & quãdoque cauillationibus improbare ac omninò prosternere conãtur: Ex quo illud ema
6 natum est, communes † opiniones in scholis nasci, crescere, & interire, ut post Salomon. tradit Neuiz. d. nu. 4. itaque hodie vere affirmari potest, q; iuris
7 interpretes † ex impugnatione communis opinionis laudem, & gloriam sibi comparent, uel potius comparere uideantur, cum ex hoc ingenio præstantes, & doctos se hominibus præbeant, ut de Andr. Barba. dicebat Neuiz. in d. silu. nup. li. 5. n. 28. post prin. Et hæc omnia iis facilè succedunt cum ius no
8 strum † tam late pateat, ut in eo bos herbam, Canis Leporem, & ciconia Lacertam inuenire valeat, vt post Caccialup. in trac. de art. studen. i n 3. docum. circa med. tradit Neuiz. ibid. nu. 12. circa fin. Quo fit. ut nihil tam clarum in iure reperiatnr, quin his temporibus in dubium reuocatum sit, ut experientia ipsa uidemus, adeo quod dici possit, aut omné

9 † doctrinam omnemque disciplinam in dies perfi ci,ut post Philosophos, & Isidorum tradit Neuiz. ibid.n.8.circa med.uer.sequitur ergo,) Aut potius à nimia ista ueritatis inuestigatione totum ius per uerti:Sed hoc istis parum est curæ, nam dummodo aliquam gloriolam ex alicuius rei nouitate nancis cantur,in reliquis & ipsam communem opi.negli-
10 gunt, & etiam Doctores † curantes & colligentes ipsas communes contemnunt tanquam studentes operi laborioso magis.quã subtili, unde nulla laude digni existimantur,ut uoluit Dec.in fi. commẽ. tit.ff.de reg.iur.in Epilog.Cagnol.in l. vinum sub nu.40.post prin.ff.si cer.pet. quem refert, & sequitur Balthas.Quint.inter cõs.vlt.volũt.diuersor. in consi.177.species facti talis est)nu.123.& seq.lib.1. & Neuiz. in consi.67. dixit Decius) in princ. Nam
11 mos † iste hodiernus numerandi potius Autores sententiarum, quàm sententias ipsas ponderandi sæpe decipit ignorantes,& iniquos iudices, ut asse rit Ari.Pinell.in l.1.in 3.par.num. 93. circa med. uers.ne quisquam incuset) C.de bon. mater.quod malum euitaretur, si relictis autoritatibus ueritatẽ ipsam iuribus, & rationibus perquirere uellemus, cum veritas sæpius exagitata magis splendescat in lucem,vt inquit tex.in d.c.graue 35.q.9.

Cæterum Iudices, & Aduocati in palatiis assidue versantes, quorum potius interest, simplicem
12 † veritatẽ quomodolibet repertam amplecti, quã per subtiles disceptationes eam exquirere, ut tradit Paris de put.in tract.de sindic.in tit.de exces.ad uoc.in prin.nu.1.& seq.Aret. consi. 85. considerata diligenter consultatione)col.2. sub nu.3. ver.circa aliud dubium)quos refert, & sequitur Io. Bertach. uel Adden.ad eum in suo Repert.in uerb. Aduocatus debet studere breuitati)cum concord.Et qui po
13 tius uera, quam noua † attendere debent, vt asserit

Franc.

Franc.Niconit.in rep.Rub.ff.sol. mat.in fin. profitentur, se omnino communis opinionis cultores,
14 & seruatores:Nam cum leges † singulos casus cõplecti nequeant l. neque leges, & l. non possunt in princ.ff.de legib.l.2.§. sed quia diuine C.de ueter. iur.enuclean.immo maior pars eorũ, quæ accidũt, à legibus non reperiantur decisa, sancitum extat,
15 vt in casibus de nouo euenientibus † seruetur ius quod in similibus scriptum reperitur d. l. non possunt, in fi.cum duabus ll.seqq.Et hæc extensio de similibus ad similia iurisprudẽtum interpretatione
16 † fieri debet l.& ideo, & l.nam ut ait.ff. eod.tit.de legib.Sed ubi noui casus euenerunt, qui huiusmodi extensione indiguerunt,variæ inter Doctores ortæ sunt altercationes: Alii namque vnam,alii aliã legem inuicem contrarias in eodem casu induxere, & sæpe numero eandem legem huc, atque illuc secundum vniuscuiusque opinionem,& aliquãdo affectionem propriam distraxerunt iux. Terentianũ
17 illud † quot capita, tot sententiæ l. quia poterat propè fi.ff.ad Trebell.Alberic.in trac.de statut.lib. 1.q. 135.nu. 7.Itaque cum diuersitas opinionum
18 † reddat ius dubiũ,& obscurũ l. 1.ꝓpè fin.§.nostrã aũt cõsumationẽ C.de uet.iur. enucl.& firmat Bar. in l.ꝗ Romæ in §.duo fratres sub nu.9.& ibi Maria. Iun.n.75.ff.de uerb.obli.Paris de put.in d tract.de sind.in uerb.iudicare c.3.incip.an si iudex.ꝗ dedit) n.6.Abb.in c.at si clerici col.8.extra de iudic.Io.de Imo.ꝑ illũ tex.in cle. ne Romani in princ.in primo not.n.1.&ibi sequunť Addé.de elect.Alex.cõs.142. uiso processu inter) nu.12. lib.5.Soc. in consi. 115. circa primam quęstionem)col.4.num.8.lib.1. Neuiz.in consi.73.titius nullos habens filios) nu.11. Marc.Ant.Natt. in consi.473. ex facto tractatum) nu.15.in 3.Tom.Fernand.Vasq. in tract. de succes. creat.in prin.num.2.& nouissimé Octaui.Cachera.

in Decis.Pedemon.dec. 54.pr̄ graui infirmitate) n. 8.& est receptissimū,ex hac opinionum diuersitate emanata est obscuritas quædā,& dubitatio,quæ nō
19 mō leges non est interpretata, sed potius † eas destruxit,& ius totū pturbauit secūdū Io.Fab. ī prin. Cōment.Instit.col.2.sub n.2.uer ceterū cū per contraria) & Dec.in l. 1.sub n.4.ff.de reg.iur.cū leges
20 claritate,ac facilitate priuauerit, quæ † adeo legū sunt propriæ.ut si sint obscuræ tanq̄ inutiles ad decisionē earū allegari nō debeant arg.l.2.in prin.C. de indic.uid.uol & late explicat Neuiz.ī d.sil.nup. lib.5.n.34. Qua pp ius nostrū his tenebris inuolutū inutile pene redditū erat,& lites in lōgū protractæ non sine maximo partiū dispēdio,& iudicis periculo,aut nullū,aut pessimū exitū sotiebantur; Nā iudices tāto opinionū conflictu obtusi, quo se uerterent,ut tuti à periculo aīæ,& rei snīam ferre ualerent,penitus ignorabant.cū.n.hinc inde Doctorum autoritates haberent,si opinioni,quæ sibi in cōsciētia tutior uideretur,adhesissent, non p hoc pœnas male iudicantibus iudicibus impositas euitabant; nam neq; Doctorū autoritas excusabat,cum ea pro
21 babilis solū sit † non necessaria, vt uno ore concludunt Doctores in l.1.ff.si cer.pet.& fusè per Nicol. Euerard.in suis loci.legal.in loc.ab Autoritate,ne
22 que conscientia tuebatur cū nulla † reperiri possit opinio tā bona,& æqua,quæ subtilibus rationibus & cauillationibus conuinci nequeat,ut iuribus, & autoritatibus cōprobat Neuiz.d.li.5.in 3.limit. n. 67.ante med.uer.non tñ propterea)quibus rationibus snīa iā lata ab alio iudice tanq̄ iniusta retractari
23 ri possit,cum iudices interdum moueantur † facilius ex arguta,& subtili rōne,q̄ ex vulgari vera,ita uno ore concludunt Hostien.Io.And.Anc.Ant.de Butr.Abb.& cæteri in c.p tuas, & qui sil.sint legi quos referunt,& sequunt̄ Cæpoll.in trac. cautel.in.

cautel.

cautel.67.sunt multi procuratores) per tot.Catell. Cott.in suis Memoral.in uerb.ignorãtes,post prin. uer.ex prædictis inferri pôt) And.ab exe.in c.1.nu. 469.extra de constit.late Maria.iun.in consi. 143. elapsis mẽsibus)col.fi.n.6.li.3.& excellentiss. & acutiss.Dñs meus Thobias Noni.in prin.inst.de testa. sub n.50.in 3.fundã.ver.stringitur,q̃a multoties,) & sic iudex cuius sñia retractabatr tanq̃ iniusta. fa-
24 ciebat † litem suam,& alias pœnas subibat,de quibus in tot.ti.C.de pœn.iud.qui mal. iud. in l.si qs in cõscribẽdo C.de pact.p Bar.in l.1.col.2.n.6. C. quõ.& quãd.iud.Corn.consi.270. licet in hac cõsultatione)in fi.li.3. cũ simil.Quamobrẽ sæpe sæpius miseri litigantes quotidianis sumptibus defatigati post multos labores,& incõmoda lites in decisas relinquere cogebãtur.Illud quidẽ vulnus humano generi q̃ atrocissimũ eãdem exposcebat medelam, q̃ noua iuris ciuilis cõpilatione prioribus illis tẽporibus Iustinianus attulit: uerũ,cum Cæsares hodierni sub propria iuga barbaras gentes hoĩum malitia nimis potentes deducere adhuc nequiuerint, ut post uictorias armis quæsitas pacifico huic morbo consulerent Doctores ea qua funguntur autori-
25 tate ex duobus malis † minus malum eligẽtes iux. l.si procucurator,& ibi gl.ff.de excep.dol.& l.quoties. ubi post alios Dec.in fi.& Cag.n. 3. id notãt. ff.de reg.iur.c.si qđ uerius,ubi gl.in uerbo adulterium,concord. congerit 32.q.2.considerantes, q̃ quoties de veritate alicuius facti dubitare contingit,quæ in specie à singulis psonis haberi nequeat, ad id recurrimus,quod uniuersaliter, uel commu-
26 niter creditur idq; † pro ueritate hr̃,quod vel oẽs, vel maior pars hominum loci, ubi factũ illud uenit cõiter credũt, quæ veritas,seu credulitas aut fama, aut cõis error,aut com.opi. nuncupatur, ut tradunt Doc.in l.Barbarius.ff.de off.prætor.& late per And.

Tiraq.

Tiraq.in trac.de legib.connub.in gl.8.q.17.n.144. usq; ad n.162.Doctores(inquam) existimarunt,qđ in tanta opinionũ contrarietate, ac confusione, cũ
27 aliter ueritas haberi non possit,opinio illa † iudicando,& consulendo sit attendenda,quæ uel ab omnibus,uel à plerisque Doctoribus,qui si pro casu de quo dubitare contingit,scripserunt, esset recepta, & approbata,& hanc speciali,& pene proprio nomine cõem nuncuparunt,ut concludunt Host.Ioa.And.& alii omnes in c.1.extra de constit.Et uoluerunt,hãc
28 cõem opiniõ.† ab omni pœna iudicẽ excusare in sindicatu,ut in specie tradũt Abbas,in c.1.col.7.n.24. de postul.præl.Paris de Puteo. in d.trac.de sind. in verb.iudicare,c.3. incip.an si iudex;qui dedit)n.2. Neuiz.in dict.silu.nup.lib.5.nu.63.Gul.Mayner.in l.in totum,n.33.ff.de reg.iur.cum aliis simil.Quemadmodum cõis in facto consistẽs excusat l.si quis patremsa.& ibi not.Bar.in prin.& Card. Alban. in lucubrat.nu.1.& alii ff.ad S.C.Maced.Et econtra iudi
29 cem contra †cõem iudicantem facere litem suam secundum Bart.in l.si.propè fin.sub nu.5.C.de pœnit. iud.qui male iud.& aliis cõpluribus pœnis subiici,
30 & demum decreuerunt, cõem † ipsi legi esse ęquiparandam,& eius uirtutẽ,ac uim sortiri, ut cõcludunt Lancel.Galiaul.in rep.l.centurio n.291. ff.de vulg. & pup.& Anu.Bero.in consl.91.ui so diligenterq; cõ
31 siderato)col.7.nu.17.lib.2. & cõem † seruãdam esse tanquàm ipsum ius, ut respondit Grat. in consil. 77.duo principaliter obiiciuntur) col.1. nu.4.li.2. Quinimo quo ad hoc, ut seruari debeat, Cõem op.
32 uenire † appellatione legis in statuto de lege loquente, vt voluit Aug.Bero.d.consi.91.n.16.& seq.
33 & postremo Cõem † uim,& efficaciam Consuetudinis obtinere,ut tradit Bal.in c.ne innitaris col.2.circa med.uersic.& dicit Io.And.)n.6.extra de constit. quem referunt,& sequuntur Ioan.Bap.à Villalob.in

d. tract.

d.tract.com.opi.in uerb.Cõis opinio) sub nu.107. post med.& nouissimè Sebast.Med.in tract.de legib. & statut.par.2.q.16.& ult.n. 7 .& cõsequẽter Cõem
34 †Iudicibus, Aduocatis,& litigãtibus imperare,uetare,pmittere,ac punire arg.l. legis virtus ff.de legi
35 bus.Sed non ex hoc adeo Cõis†est æquiparata ipsi legi,& cõsuetudini,quin in multis sit inferior ipsis, nã lex,& consuetudo sp,& ubiq; inuiolabiliter seruãdæ sunt l.leges ut gñales C. de legib inst. de off. iud.in prin.l.de qbus,& ibi Doc.ff.de leg. c.1.& ibi Canonist.extra de const.cũ cõcord.Cõis opinio aũt sæpe & in multis casibus nõ dẽt attẽdi, ut late infra ti.9.per tot.Præterea in aliis differt Cõis opin.a lege,& cõsuetudine.Nã opinio superueniens æq; cõis
36 † nõ tollit cõem priorẽ contrariã ad instar legum, quarũ posteriores cõtrarias priores abrogant l. sed, & posteriores ff. de legib. adeo, q cõi priore nihil obstante æq; cõis posterior seruãda sit , neq; prior cõis ex eo,q nõ tollatur ab opinione æque cõi po
37 steriore,† est attendenda,quẽadmodũ leges. quarũ priores,si nõ tollãtur per posteriores,sunt oĩo seruandæ d.l.sed & posteriores. ff.de legib.Sed neutra hoc est neque prior cõis,neque posterior ęque communis attenditur,& ulla in consideratione habetur ita tradit Ripa in resp.primo, n.10. in tit.de subst. quem refert , & sequitur Lancell. corrad. in lib. de pretor.§.2.in tit.de senten.n.25. prope fi. idem amplectitur Nicol.Mor. in d. tract. de fi. treg. & pac. par.2.q.12.uer.contrariam opinionem) num.4.cũ sim.Eodem modo magis communis(non enim cõ-
38 munis opin. † à magis communi in aliquo differt nisi,q quoties communis,& magis communis concurrnnt , seruatur magis communis ita vt in communis disposita habeant locum in magis cõmuni, & econtra,& quoties loquimur de communi etiam de magis communi loqui intelligimur) superueniens

niens

niens tanquàm lex, quæ posterior penitus tollit, & delet, disposita per priorem legem contrariam; ita ut illa lex nunquam uires recuperet, abrogat, & tol
39 lit † communem, ut autoritates, quæ sunt pro cómuni, non possint facere numerum pro eadem opinione, si quando, ut sæpius accidit, ea tractu temporis magis communis efficeretur per adhæsioné aliorum Autorum; Sed solummodo magis communis superueniens præiudicat, quod donec permanet magis communis attendenda, ac seruanda est, & id
40 † quomodo procedat ostenditur naturali exéplo, nam lumen, & splendor syderum per aduentum solis non amplius nobis apparet, ac si penitus sydera lumine essent orbata, idque procedit, non ꝙ sol abstulerit splédorem syderibus, quæ tã diurno, quam nocturno tempore illum retinent, sed quia proprio lumine ac splendore longe maiori occupat, & adeo superat splendorem sydcrum, ut nullus omnino nobis ostendatur, ita in proposito magis communis seruatur, & prefertur communi contrariæ non auferendo uim, & efficaciam ipsi Communi. sed solũmodo eam superando maioritate uis, & roboris,
41 nam communis, uel magis communis † seruatur non ex eo, quod contineat certam, & claram ueritatem; sed solum quia præsumitur, quòd sit uera seu uerior, communis enim, uel magis communis
42 † uera presumitur, ut concludit Abb. in c. prudentiam, col. 1. in 3. not. nu. 4. de off. deleg. quem sequũtur And. barbar. in consi. 1. magnus scripsit psalmista) col. 14. uer. itẽ dicit quod est) nu. 47. lib. . Ferd. Loaz. in rep. §. diui l. filiusfam. col. 67. uer. tamen à communi opin.) nu. 171. ff. de leg. 1. And. Alc. in tract. præsum. reg. 1. præsump. 51. nu. 2. Chassane. in comment. ad consuet. burgund. rubr. 9. post §. 9. in quodam consil. ibi inserto uersi. item & quod plus est) in fi. sub n. 34. Catell. cott. in Memoral. in uerb. nuptia-

nuptiarum causa)post med.uer. sed quia uerisimile non est) & alii passim: Quæ præsumptio ueritatis
43 tis† oritur ex auctoritate Doctorum, nam Doctor & bonus, & peritus præsumitur, unde & tanquã bonus uelle, & tanquam peritus posse, dicere ueritatẽ censetur, itaque ista præsumptio tam æque uiget pro opinione paruo Doctorũ numero fulcita, q̃ pro ea, quæ maximo iuuatur, cum in unaquaque interueniat autoritas, sed maior numerus, & consequenter maior autoritas maiorem præsumptionem ueritatis inducit, minor uero minorem pręsumptio-
44 nem. Vnde cum magis communis opinio † maiori numero, & autoritate Doctornm roborata sit, ut post alios tradit Neurz.in d.filu.nup.lib.5.n.4. in fi.& seq.cum simil.sequitur, ut maiorem habeat ueritatis præsumptionem, cumque vna pręsumptio
45 maior † tollat aliam præsumptionem minorem. l.diuus.ff.de integ.rest. Alciat. in d.tract. præsum. reg.1. pręsump.9.in fi.cum fuse congestis per Fran Niconit.in rep.rub.C.de eden.nu.47. sequitur, ut magis communis præferenda sit ipsi communi, & id solum ratione maioris præsumptionis, non uero ratione certitudinis ueritatis, quæ in contraria communi probaret certam falsitatem. Et hinc est,
46 quod magis communis superueniens † non tollit gesta tempore communis contrariæ, ut post Imol. tradit Mari.Salom.in §.responsa prudentum, inst. de iur.nat.gen.& ciuil.quem refert, & sequitur Neuiz.sub d.nu.4.uer.non tamen propterea) & ratio est, quoniam, cum cesset pręsumptio quæ pro communi uigebat tempore, quo ipsa seruabatur, nõ possumus dicere eam falsam detegi per superueniẽtiã magis communis contrariæ, cum ea solum uerior præsumatur, quę maior ueritatis præsumptio cum postea superuenerit non debet ad præterita extendi, iux.l.leges, la i j.C.de legib.cum uulg.

Com-

Communem opinionem igitur derident inter pretes in scholis,colunt uero,& obseruant iudices: & Aduocati in iudiciis,& utrumque(quod mirum fortasse alicui uidebitur)bene factum existimamus nam licet, immo spectat ad iuris interpretes mul-
47 ta† subtilia etiam falsa effundere ad acuenda scho larium ingenia,cum enim modum studendis,& (ut dicitur)intelligentiam solum docere debeant scho lę,non est dubitandum,ꝙ etiam uera in dubium re uocare necesse est, nam alias non esset locus dispu tationi, & per consequens omnis penitus discendi uia esset præclusa;Interpretes enim non multa,sed multum declarare tenentur, ut subtiliter, clare, & ordinate exprimere valeant, vt pulchre deducit Matt.Gribal.de method.stud.lib.1.c.9.Vnde meri to legendo tantum extollitur Franciscus ille Aretinus Doctor subtilis nũcupatus, & his temporibus inter Doctores iuuenes vnica spes Perusinæ Academiæ Dominus meus Franciscus Cantutius candor linguæ, & pater subtilitatum iure optimo appellatus,non mirum ergo, si interpretes communẽ negligunt,& totis viribus ad disputationem se conferunt,nam illud est proprium eorum munus; Sed
48 Iudices,& aduocati,qui † solã veritatem ante oculos habere debent l.iudices C.de Iudic. cano. veritate,& can.qui contempta 8. distin. Gl.fi.in can. quicunque 81.distin.alios congerens Soc.in consi. 150.dominus labia nostra)in prin.nu.1.lib. 1.cum concord.cum eius exquisitio adeo difficilis sit propter opinionum diuersitatem, vt pene impossibile sit asserere in iure aliquid verum esse, si non certã & claram,saltem præsumptam sequi veritatem tenentur,& per consequens Communem opinionem quæ vera præsumitur. Quamobrem cum diuersi sint fines interpretum,& iudicum; non debet mirũ uideri;ꝙ diuersis medijs vtantur,nec ex hoc varii,

&

& contrarii dicendi sunt, cum vtraque opinio in suis terminis subsistere possit, nec vnius receptio alterius; uim & robur impediat aut minuat: Itaque
49 dicere solemus, q; ca† quæ in scholis tradũtur, sunt prius discutienda in camera, & postea in iudiciis practicanda, vt post Bal. tradit Neuiz. in dicta silu.
50 nup. lib. 5. num. 45. quoniam leges † in scholis diglutiuntur, in palatiis vero digeruntur, practica. n. est scientia digestiua. & vbi Theoricus desinit, ibi incipit practicus, ita hęc omnia tradit Bal. in rep. l. Aemilius col. 8. nu. 11. ver. leges in scholis) ff. de minor. Lancel. Dec. in l. lecta. col. 2. ver. nam vt inquit) ff. si cer. pet. quos refert; & sequitur Catell. Cott. in dd. Memoral. in verb. practica) uersi. propterea vulgatum) Hiero. Cagno. in l. 2. nu. 1. C. de
51 rescind. vend. cum simil. Nam practica † est vera legum intellectrix, vt tradit Bal. in c. 1. in prin. ver. & ideo quando capiuntur) in tit. de feud. sind. cul. amittit. quod repetit Dec. in consi. 131. reuocatur) in fi. verbis, & Cott. in d. uerb. practica) in prin. & le
52 ges † sapiunt cum practicantur, & tunc fructus, ex arbore colliguntur, ut inquit idem Bald. in c. ex tenore, circa med. extra de test. refert, & sequitur idé Cott. ibid. ver. alibi etiam pulchre.) Ex quibus clarè constat, quam amica, & vtilis sit omnibus communis opinio, quamque merito sit colenda, & seruanda, quando tantorum malorum vnicum fuit remedium, & tam rationabili, & æqua causa introdu
53 ctũ, vt per eã † labor sit diminutus, Doctorũ discordiæ sint sedatæ, & uia patefacta sit, q & scrupulũ conscientiæ sustulit, & fortunatũ securitatem ostédit.

Huius igitur Communis opinionis argumentũ à paucis, & meo iudicio nimis breuiter, & satis confuse tractatum, si aliquãto latius, & distinctius traderetur, opus nõ ingratum iuris studiosis fore mihi persuasi, præsertim cum sparsim pluribus in lo-

cis, & nullibi plene habeatur; Verum tamen est, tractatum hunc & ob utililatem, & etiam ob difficultatem, cum multa in se cótineat, quorum resolutio & longum rerum vsum, & summam iuris experientiam exposceret, ingenium, & doctrinam Iurisconsulti bene docti desiderasse, quæ quidem omnia & propter ætatem 23. annorum, & proprer breue tempus quinque annorum in hac legali Philosophia nondum consumptorum in me penitus desunt. Vnde satius fortasse esset, opus hoc aliis perficiendum relinquere, quàm id inepte. & cum minimo aliorũ commodo peragere. Verum tractatum hunc aggredi constitui confisus, quod si in alio non proderit, iuuabit fortasse ad excitandũ alicuius uiri eximii animum ad supplendum, in quo ipse in hoc meo defeci, & ideo enitar, & ubi ingenium, & doctrina deerit, labore in cumulando simul aliorum dicta id to
54 tum reficiam. Et quoniam diuisio † in aliquo opere magis incitat animum legentium, præparat mentem intelligentium, memoriamque artificiose reformat, ut tradit Gl. in §. igitur, in uerb. easdem institutiones) prope fi. uersi. nam particio) in proem. inst. quam post alios, quos allegat, sequitur Marc. Ant. Barb. in tract. de temp. util. & contin. c. 16. n. 4. totum hunc tractatum in tres partes principales diuidam. in prima erit. Quæ sit communis opinio ꝑfecta, in secunda an, & quãdo sit attendenda, in tertia, & ultima de pœna discedentium ab ipsa cõi, & has quo dilucidius, & ordinatius potero, ut tota
55 hæc materia facilius percipiatur, ex ordine enim † facilius disciplina percipitur, & retinetur l. 1. in prin. ff. de orig. iur & tradit post Card. Alex. ubi ꝑ eum Cag. in Rub. C. de eden. sub. nu. 2. uer. & quia ordo) in suis partibus subdiuidam.

FINIS.

TRACTATVS DE COMMVNI OPINIONE V. I. DOCTORVM.

LIBER PRIMVS.

Quid ſit communis opinio. TITVLVS I.

Summa notabilium.

1 *COMMVNIS opinio quid ſit? prima deſcriptio.*
2 *Verb. (ſententia) plura ſignificare.*
3 *Communis opinio procedit tantum in q. dubia, Sed contrarium nu. 11. cum ſeqq.*
4 *Opinari dicimur de rebus dubijs. Contrarium nu. 15.*
5 *Impugnatio primę deſcriptionis Communis opinio.*
6 *Communis opinionis ſecunda deſcriptio. Et Communem dari probatam à pluribus, vel peritioribus.*
7 *Factum a maiori parte ab omnibus factum cenſeri.*
8 *Habens maiorem partem pro ſe non minus obtinere debet, ac ſi omnes haberet.*
9 *Defenſio in vna parte primę deſcriptionis communis opi. Communis datur, quę ab omnibus probatur.*
10 *Impugnationes primę, & ſecundę diſcriptionis Cõis opin.*
12 *Communem conſtare ex numero, & autoritate Doc.*
13 *Autoritas doc. nulla lege, vel rõne munita nihil operatur*
14 *Autoritas, ideſt confirmatio.*
15 *Opinari non eſt de re dubia, ſed ſub dubio reſpondere:*
16 *Dubitare in iure etiam claro, ſapientis eſſe.*
17 *Opinari in iure dicitur etiam de re clara.*

18 *Sententiam Iudicis dici opinionem.*
19 *Sententiæ verbum significare firmam, & indubitatam responsionem.*
20 *Communis opin. tertia descriptio.*

COMMVNIS opinionis argumentum tractaturi exemplo Imp., in princip. institut. de iu. & iu. videbimus primo loco, Quid sit Communis ista, ne id ignoremus, de quo verba facturi sumus. Et in hac indagatione imprimis præsciendum est, nullam reperiri traditam in iure nostro Communis opinionis definitionem, sed omniũ primus definiuit, seu descripsit Mari. Salomon. in §. responsa prudentum, instituti. de iur. nat. gent & ciuil. quem refert, & sequitur Neuiz. in sua silu. nupt. lib. 5. num. 4. in fi. qui in hunc modum descripsit. Cō
1 munis opinio † est probata sententia de iure non aperto ab omnibus, vel à peritioribus. In hac definitione ponitur (sententia) loco generis, uerb. enim
2 (sententia) † generale est, & plura significat, nam quandoque sententia capitur pro consensu, ut in l. fina. & ibi Gloss. in uerbo sententia C. de appellat. Interdum accipitur pro simplici scientia, ut in l. uiduæ, & ibi Gloss. in uerb. sententia C. de nup. Aliquando ponitur pro decisione à iudice facta, ut in totis titulis de sententijs, & hæc acceptio huius uerbi (sententia) frequentior est in iure nostro, ut per se clare apparet. Quandoque sumitur pro firma, & indubitata responsione seu animi deliberatione secundum Gloss. in dicto §. responsa in uerb. sententia, & tibi post alios multos Balduin. idem firmat institut. de iure. natu. gen. & ciuil. Et hæc est propria uerbi huius (sententia) significatio; Aliquando ponitur pro consilio, Interdum pro ratione, sæpe pro uoluntate, Quãdoque pro iudicio, & tandem multoties, prout accipitur in hac nostra descrip-

descriptione, capitur pro opinione,hoc est expresso de aliqua re iudicio liberi arbitrij alicuius,quid sit, vel esse debeat.ut in l.fi.in fi.ff.de senat.& ista est vniuersalis significatio,has omnes uerbi huius (sententia)significationes, & acceptiones ponunt late Luc. de Pen.in l.2.in uerb.sententia C.de iur.fisci lib.10. & in rub.C.de senten.aduers.fisc. fac. retrac.in uerb. sententijs eod.lib.10.& Eximius,& nouus Antecessor Dominus meus Io. Paul. Lancellot. in quadam sua pulchra,& docta disputatione manu scripta,An & quando Communis opinio attendenda sit. post prin. Secundo in hac descriptione ponitur uerbum (de iure)loco differentiæ,ut excludantur aliæ Communes opiniones extra ius,ut puta Communis in facto consistens,alias communis error nuncupata, Cōmunis Theologorum,Philosophorum, & aliæ similes.Tertio loco fuit appositum uerbum (nō aperto)
3 vt proprium, nam Communis opin. † solummodo habet locum in casibus dubijs,in quibus lex clara nō reperitur, & id comprobat D. Lancellot. ibidem ex
4 hoc, quia opinari † contingit circa ea, de quibus veritas multipliciter potest haberi, ad quod allegat c. 2.& c.a nobis extra de sent.excom. quæ iura mihi nihil probant.Itaque secundum istos Communis non dicitur de ijs, quæ clara sunt,ut puta,quod pacta seruentur.quod uim vi repellere liceat, quod testamentum debeat fieri coram septem testibus.& simil.quæ sunt in iure clarissima. Quarto in hac descriptione habetur uerbum(ab omnibus,uel a peritionibus) nā datur communis,quæ non habet contradictorem, & sic quæ ab omnibus probatur, & datur etiam magis communis nitens autoritate Doctorum maioris autoritatis,& sic peritiorum, nam autoritas ex doctrina,seu peritia oritur.Hanc definitionem,seu potius
5 descriptionem †corrigendam existimat D. Io.Paul. Lancellot. ubi supra in eo,quod habet(ab omnibus,

vel à peritioribus)ex duobus.Primo quia datur com munis,quę fundatur in opinione plurium, qui neq; omnes sunt neq; peritiores : Secundo quia cõis dicitur. quæ plurium , uel peritiorũ autoritate iuuatur, ut post alios tradit Neuiz.in d.fil.nup.lib.5.nu.4.in fin.& seq. cum concord. non autem quæ ab omnibus tenetur;Quamobrem ipse ita Comm opin.describit,
6 Cõis opinio † est de iure controuerso à plerisq; uel illustrioribus probata sententia,Ista correctio D.Lã cello.in primo capite mihi summopere re placet, in secundo uerò non satisfacit,nam dum dicit primam illam descriptionem non comprehendere cõem,quę constat numero plurium Doctorum , qui neque oẽs sunt.neque peritiores,rectè loquitur,nam non est du bium , quin adsit Cõis , quæ nitatur autoritate plurium, qui neq; oẽs,neq; peritiores sunt,vt Doct.oẽs admittunt,& dicemus infra ti.4. Nam à maiori par-
7 te probatum † ab omnibus probatum censetur arg.l. aliud, in §.refertur & no. ibi Doct.ff.de reg.iur.l.ma
8 iorem.ff.de pact.& maiorẽ partem pro se habens†nõ minus obtinere debet quàm si oẽs haberet,ut respon dit Hieron.Grat.in cons.64.profectò casus est col.3. in prin.n.34.li.2 & sic descriptio ista, cum non com prehendat omnes Cões,merito in hoc reprehenditur arg.l.1.§.dolum.ff.de dol.mal.Sed in eo ꝙ D. Lanc. vult reiiciendum esse uerbum(ab omnibus) quia sollummodo Cõis sit plurium, uel peritiorum, non aũt
9 omnium sententia,eius opinio † non est recipienda, nam meo iudicio clarum est, posse dari communem, quæ non habeat contradictorem , & sic ab omnibus sit probata secundum opinionem Mar.Salom.& Neuiz. Quinimmo propriè cõis dicitur quæ ab omnibus recipitur, nam quæ à pluribus,uel à peritioribus approbatur,non cõis,sed magis cõis propriè dicitur, licet communis passim nuncupetur , nam si reperiatur opinio probata à 15. vel 20. Doctoribus nemine contradicente,

contradicente,cur cõis dici non debeat, ipſe non ui-
10 deo.Supra dictæ vero deſcriptiones† ex tribus mihi non ſatisfaciunt.Et imprimis dum habetur in eis(ab omnibus)ſimpliciter,qm̃ datur opinio,quæ ab omnibus probatur,& tamen non eſt cõis, vt puta ſi ſit recepta ab uno vel duobus, uel tribus nullo alio diſcrepante,& ſic ab omnibus quæ non eſt cõis.cum unus, duo, vel tres non faciant Communem opin. ut infra tit.3.itaq; in hoc egent ſuppletione. Secũdo non placent,dum ſolum dicitur in eis(ab omnibus, vel pleriſque,vel peritioribus) nam poteſt eſſe opinio quæ ab omnibus,uel à pleriſque,uel doctoribus approbetur,& tamen nõ ſit cõis,uel alicuius momenti,nempe ſi autores non ſint Iuris periti, ut apparet infra titu.9.Caſ.12.vnde, & in iſta parte ſunt ſupplẽdę prædictę deſcriptiones; Tertio,& vltimo nõ ſatisfaciũt, dum habent(de iure controuerſo) ſat enim eſt dicere (de iure)abſque uerbo(controuerſo,) uel(non aperto.)Nam licet ego fatear,Communem plerunque eſſe in caſibus dubiis,tamen ſum eius ſententiæ,ut Cõ
11 munis opin.† locum habere poſſit etiam in caſu habente leges clàras, dummodo adſint cætera requiſita,contra Salomo.Neuiz. & Dom. Lancello.& moueor ex duobus potiſſimum; Primo quia commu-
12 nis † conficitur ex duobus ſolis uidelicet ex numero & autoritate Doctorum,ut infra ti 2.& ubi eſt numerus, & autoritas Doctorum neceſſaria, ibi abſque alio eſt communis opin.At tam opinio, quę lege expreſſa nititur, quàm quæ nullo iure fulcitur poteſt amplecti à pluribus, & grauibus Doctoribus, immo multo magis, Ergo &c. Nec dicatur,quod vbi eſt lex aperta,non autoritas Docto. ſed lex ipſa æſtimatur, quoniam, ſaltem hodie leges ſine autoritatibus parum proſunt,uel melius, quod ſi hoc eſſet uerum ſequeretur, quòd nunquã locum haberet Communis,
13 quia autoritas Doctoris † nulla lege, aut ratione

B 3 fulcita

fulcita nihil operatur, cum Doctori nihil alleganti non ceedatur, ut per Doct. communiter in l. illam C. de collat. nec mirum, cum uerbum istud (autoritas) si
14 gnificet non alicuius rei inductionem, sed solũ† cõfirmationem iam inductæ, ut in alio proposito tradit Chassan. in comment. ad consuet. Burgund. rub. 4. §. 7. in uerb. secen est consentement) n. 17. & latius deducit Fran. Balduin. in præfat. tit. Inst. de autor. tutor. unde dicemus Doctorum autoritatem non aliquid noui disponentem, sed a iure disposita approbantem, & confirmantem in hoc, uel illo casu speciali. Secundo & ultimo moueor, quia non uideo rationem, cur opinio, quę in aliqua lege clara fundata sit non possit dici communis; Nec quicquam facit ponderatio facta de uerbo (opinio) quod de sui natura uidetur uersari circa ius dubium. Quoniam tripliciter respondetur & imprimis negando quòd opina-
15 ri†contingat in casibus dubijs, nam id nullibi probatur, sed bene uerũ est, ꝙ qui opinatur, dicitur cum dubitatione respondere, ut uoluit Gl. in d. §. responsa, in uerb. opinio, &, ibi alij Doct. refert, & sequitur Io. bellon. in trac. exposit. ethimol. definit. & diuisi. in uerb. opinio, & sic dubitatio emanans ex ui uerbi (opinari) nõ procedit, ꝙ uersetur circa casus dubios, sed ex persona opinantis, qui dicitur cum dubitatione respondere, & quis potest dubitare tam super re dubia, quam super clara, quam ipse ignoret, quinim
16 mo in iure†indicatur sapientia dubitare de re etiam clara, cum nihil in eo adeo uerum sit quod in dubiũ reuocari nequeat, vel potius reuocatũ non sit. Secundo resp. ꝙ, licet ea esset uis uerbi (opinari) ut uersa-
17 retur circa casus dubios, in iure tamen † refertur ét ad casum indubitabilem, nam sententia iudicis in iure sæpius appellatur opinio, ut in l. pe. & ibi gl. in uer. opinio ff. de app. reci. in l. eos in §. super iis uero & ibi gl. in verb. opiniones, & in l. a proconsulibus

cum

cũ gl.in uerb.opinionis C. de appel. & alibi passim, & sñia fertur a iudice tam super re dubia , quam su p clara,ut per se patet. Tertio,& ultimo resp. ꝙ Doct.
18 nostri istius opi.nomine in casu nostro uoluerũt † significare, quicquid iurisperiti siue simpliciter , siue rõnibus siue legibus expressis, & claris approbassent ꝙ ex eo,uel facile apparet ꝙ nõ oẽs Doctores,& semper ad demonstrandam cõem vtuntur uerbo (opinio)sed sæpe(sententia)cum communis nuncupetur & recepta,seu probata sententia, uel(traditio)& etiã
19 alijs nominibus honestetur,inter quæ sententia† stitur firma, & indubitata responsio secundum glo.in d.§.responsa,in uerb.sententiæ; & ibi sequuntur reliqui,ex quibus potest apparere , quod non in propria, & stricta significatione usi sunt Doc.nostri hoc verbo (opinio) & per consequens Communem tam in casu dubio, quam in habente legem expressam locum sibi posse uendicare; Quamobrem ipse ita Com
20 munem opinionem describerem , ut sit † de iure a multis iurisperitis, uel omnibus , uel plerisque,uel grauioribus probata sententia.

Communis opinio ex quibus constituatur.

TITVLVS II.

Summa Notabilium.

1 *COMMVNEM opin. constare , & perfici ex numero; & autoritate Doctorum simul, & n.7.*
2 *Verb.(probata,communis,vel recepta)verificari in opinione plurium.*
3 *Communis est introducta ad supplendum defectum orien te ex eo,quòd autoritas Doctorum non est necessaria.*
4 *Testes plures adhibentur iur difficilioris probationis.*

5 *Doctori creditur propter autoritatem.*
Doctor præsumitur peritus.
6 *Autoritas Doctoris quid sit.*
8 *Communis perficitur ex numero plurium Doctorum separatornm, non qui habentur loco vnius, vt in Rota, & collegio.*

VIDIMVS quid sit Cõmunis opinio, modo inspiciendum est, ex quibus ipsa constituatur, & conficiatur. In qua quidem inuestigatione conclusiue procedendo ex mente omniũ Doctorum & in specie Thom. Ferrat. in tract. cautel. in caut. 31. manifestum est, quod iudex col. 2. uer. & illa dicitur communis nu. 2. & D. Io. paul. Lancellot. in d. sua disp. an, & quando Comm. opin. sit attendẽ
1 da dicendum est, Communem opinionẽ† ex duobus constare, seu constitui, & perfici. nempe ex numero, & autoritate Doctorum, quod quidem verissimum, & clarissimum non caret ratione; Nam quod Numerus Doctorum, hoc est plures Doctores requirantur ad constituendam communem, ostendit primo uis, & significatio istorum uerborum (communis recepta probata) quibus vtuntur Doct. ad communem opin.
2 istam significandam; quæ † non possunt verificari in opinione vnius, sed in opinione omnium vel maioris partis, vt iuribus, & autoritatibus late comprobat And. Tiraq. in tract. de legib. connub. gl. 8. num.
3 160. & 161. Secundo quia, cum communis† sit introducta ad supplẽdum defectum, qui oriebatur ex eo, quòd autoritas vnius Doctoris non est necessaria, sed solum probabilis iux. tradita a Doct. cõmuniter in l. 1. ff. si cer. pet. merito in ea plures Doctores adhibentur, quia singula, quæ nõ prosunt, collecta simul ualent l. titia seio. §. seia libertis ff. de leg. 2. iunct. l. heredes mei §. cùm ita ff. ad treb. Postremo, quia ubi difficultax cõsistit in probatione facienda per testes
4 †maior testium numerus adhibetur tex. est clarus in

l.fi.C.de fideic. Vnde cum ueritas in profundo fita fit,adeo q maxime difficilis fit eius inuentio,nō mirum,fi plures Doc.concurrere debeant ad conficiendam communē,quæ pro ueritate habetur.Quod vero autoritas do.requiratur in conftituenda cōi opi.
5 facile fuadetur ex eo;quia doctori†creditur folū pp autoritatē,quod manifefte demonftratur, nā doctor prȩfumitur peritus l.vni.§.ideoque C. de nou.cod. fac.l.vni.C.de profeff.quȩ in urb.conftant.lib.12.& tradit Alc.in trac.præfump.reg.3.prȩfump. 19.n.2. quæ præfumptio trahit hoīes in opinionem,ut quicquid a doctore proficifcitur,bonū, & æquū, & confequenter attentione ac imitatione dignū cenfeant.& fic fola autoritate ad credendum impelluntur, auto
6 ritas.n.†nihil aliud eft, quā opinio, qua quis putatur imitatione dignus,ut tradit D.Io. Pau. Lanc.vbi fupra in fecundo requifito cōis in princip.per c.fana quippe,circa prin.9.dift.ftat igitur,q cōis opin. cōftat ex numero & autoritate doc.& non fingulis, fed
7 vtriufq;† cōiunctim,& copulatiue,nā quiuis numerus ēt maximus abfq; autoritate nō fufficeret ad cōftituendam cōem opin.cū doctoribus fola autoritate credaī,neq, cōtra quæuis maxima autoritas vnius tm̄ abfq; numero pluriū quicquā iuuaret, cum neq; opinio glofæ folius dicatur cōis. Vltimo pro cōplemento iftius difquifitionis fciendū eft, q numerus
8 † in cōi dēt effe pluriū doctorū qui nō habeantur loco vnius,vt funt doctores Collegij, Confilij, Senatus, Rotæ,vel alterius ordinis, vel magiftratus ī actibus Collegij,& fimiliū,fed q finguli p fe feparatim numerū faciant,q? plures,q habenī loco vnius,nō faciūt cōem,vt poft Bar.tradit Io.Crot.in conf. 34.ui fo,& diligenter examinato col.3.nu. 18.quod verif fimū credo,ut latius infra tit.9.Caf.9. & 10. Sed his cognitis fuccedit infpectio, nempe qui numerus, & quæ autoritas doc.conftituat ipfam cōem opinionē.

Qui

Qui Numerus, & Auctoritas Doctorum faciat Comm. opi.

TITVLVS III.

Summa Notabilium.

1 *OPINIO Glosæ à Bartolo recepta dicitur cõis.*
2 *Opinio Glosę ab vno quouis alio doctore recepta Communis dicitur.*
3 *Opinio duorum doctorum maximæ autoritatis cõis est.*
4 *Communis presumitur vera, & pro veritate habetur.*
5 *In ore duorum, vel trium stat ipsa veritas Fall.nu.9.*
6 *Testes duo regulariter requirũtur in oi negocio.Fal. n.9.*
7 *Doctores dicuntur testes iuris.*
8 *Generalia veluti minus stringentia omittenda.*
10 *Testis debet deponere de his quę sensu percipiuntur.*
11 *Opinio Glosę amplexa ab aliquibus antiquis dicitur cõis.*
12 *Opinio Glosę approbata à tribus alijs doctoribus cõis dr̄.*
13 *Quatuor doctores inter quos sit Glosa, Cõem constituunt.*
14 *Sequens opinionem Glosę dicitur veritati inhærere.*
15 *Opinio solius Glosę, vel Archidiaconi sup.6.dicitur cõis.*
16 *Communem opinionem hodie esse maximi præiudicij.*
17 *Iudices hodierni inhęrẽt cõi opin. tanquã securo carrotio.*
18 *Verba (cõis, pbata, et recepta) q̃d significẽt apud doctores.*
19 *Communem constitui à septem doctoribus, inter quos sit vnus antiquus.*
20 *Numerus septenarius habetur in maxima veneratione, & est perfectissimus.*
21 *In eo quod plus est, continetur, quod est minus.*
22 *Argumentum à testamento ad cõem opi. validum esse.*
23 *In quolibet actu requiritur potestas, & voluntas agẽtis.*
24 *Septem testes requiri in re maximi momenti.*
25 *Ad approbandum scholarem requiruntur ad minus septem doctores.*

QVI

QVI Numerus, & autoritas Doctorum requiratur ad Communem opinionem constituendam scribentes in eandem sententiã non conuenere,& in hac quæstione quinque diuersas reperio opiniones,quæ ad tres tm̃ reduci pñt.

1 . Prima fuit opinio, ꝙ Glo sa†approbata à Bartolo facit communem opinionem,& huius sententiæ fuere quidam Papienses in l.1.in princ.ff. de off.eius & c.quos tacito nomine refert,& sequitur Catel. cott. in suis Memoral.in uerb. opinio communis in iudicando)prope fin.uer.& ideo secundum aliquos) vbi testatur,ita seruari per collegiũ iudicũ Mediolani.

2 Secunda est opinio, quòd Glosa † approbata non solum a Bartolo sed etiam ab vno quouis alio Doctore constituat opi.Communem,& hanc tenet Iaf. in l.ut uim col.pen.in fi. sub nu. 34. ff.de iust.& iur. Thom. Ferrat. in tract. cautel. in cautel. 17. magna est quæstio)nu.2.& Valentin.Forster.in tract.de success.ab intest.in tit.de succes. nou. iur. ascenden. in 4.conclus.in 4.fundamen. uer. Bartoli uero autoritas fol. 276.& huius sententiæ autorem adducunt Iacob.Butrig. in l.1.in fi.C.qui pro sua iuris. qui re uera hoc non dicit,sed solum inquit, ego non recederem à Glosa, quia usus non est contra eam . vbicũque ergo glosa firmat pedes , serua eam nisi usus sit in contrarium & hæc sunt formalia eius uerba & sic

3 hę duę opiniones uolunt,ut duo doctores† maximę autoritatis,ut est glosa,& Bartolus faciunt communem opinionem;Pro confirmatione harum opinionum supponendum imprimis est , quòd communis

4 opin.†prę sumitur uera;& pro ueritate habetur, ut ꝑ Alcia.in d.trac.præsumpt.reg.1.præsump. 51. num. 2.cum simil. Modo faciunt pro istis opinionibus:

5 Primo quia in ore duorum , uel trium † stat omne uerbum,hoc est ueritas ut in 2.q.5. per tot.c. cum esses, extra de testam. cum adductis per Excellentiss.

Dominum

Dominum Lodouic. Alfer. conciuem meum inter consi.crim.diuersor.in consi.143.quam sit detestabi le)col.1.num.7.lib.1.cum concord. Postremo quia regulariter in quocũque negotio ad ueritatem pro
6 bandam † duo testes requiruntur l. ubi numerus, & ibi gl.vni.propè fi.ff. de testibus cũ cõgestis per Iac. Nouell.in trac.regul.ad reliq.Reg.Pet.Dué.in reg. 213.Testes duo in omni)Tom.2.At in proposito in probanda veritate ex communi opin emanata adsũt duo Doctores qui sunt testes iuris. Ergo &c. Quod
7 vero Doctores † dicantur testes iuris probatur in l. 2.prope fi.in §. post hunc maximæ autoritatis) ver. & vt obiter sciamus(vbi post alios tradit Zasi.in fi. in verb.testabantur)num.86.ff.de orig.iur. in l.fi.in fin.C.de his,qui in eccles.manumit. in l. pen.ibi,& huius sententiæ subtilissimum testem adducit(C.de cond.indeb.tradunt spe.in tit.de requis.consi. versi. item fac eos)nu.8.Io.Fab.in prin.Comment.ad inst. col.3.in prin.sub nu.2.uer. & ut hæc scriptura) Bal. in l.si.in 2.not.nu.2.& ibi adden.C.si cer.pet.Alcia. in l.1.in uerb.celsus)nu.44. & ibi post alios tradit D.meus Thob.Non.ff.si cer.pet. idem Alc. in consi. 22.licet in istis causis)nu. 1.lib.7.Tom.2.& neminẽ contradicentem inuen. Sed uolentes has opiniones tanquam minus veras impugnare, facile rationes istas euitare poterimus.Nam præterquam quod sũt
8 nimis generales,& sic† veluti parũ stringentes omit tendæ sint secundum Aret.in consi. 6.uiso instrumẽ to diuisionis)in princ. quem referunt, & sequuntur Neuiz.in consi.67 dixit Decius)in priu.sub nu. 1.& Rol.à Vall.in cons.1.uiso themate ex iuribus) n.4. lib.1.supradicta ẽt pronũciata, quę habent, ꝙ in ore duorum,vel triũ stat omne verbum, & ꝙ testes regu lariter in quocunque negocio requiruntur, locũ ha
9 bent†in iis,quæ sensu corporis percipiuntur: secus vero in iis,quæ cõsistunt in intellectu, ut in casu no

stro

ſtro,& ratio diuerſitatis poteſt eſſe, quia in rebus, quæ ſenſu extrinſeco percipiuntur cadit optima, & plena probatio per duos teſtes, cum adſit utrunque requiſitum, nempe poteſtas uera, cum unuſquiſque poſſit affirmare, quod aliquo ſenſu corporeo percipit, & uoluntas ſaltem præſumpta, cum nemo præſumatur dicere mendacium ex eo, ꝙ cenſetur bonus, at ſecus eſt in aliis, quæ non apprehenduntur ſenſibus, quia licet adſit uolũtas, deficit tamen poteſtas, cum nemo, quæ non uidet, uel audit, uel tangit, uera dicere ualeat. &

10 hinc eſt, ꝙ teſtis†ad hoc ut ꝓbet, debet deponere de his, quæ aliquo ſenſu corporis ꝑcipiuntur l. teſtium, & ibi Doc. C. de teſtibus. Doct. in l. 1. ff. ſi cer. pet. & alibi paſſim. Et hoc præcipue in iure procedit, in quo difficillimum eſt aliquid pro uero affirmare, unde cum ſit diuerſa ratio non eſt inferendum de vno ad aliud vulg. l. papinianus exuli. ff. de minor. Quamobrem.

11 Tertia ſucceſſit opinio, ꝙ gloſa†approbata ab aliquibus doc. antiquis faciat cõem opi. & hæc fuit ſñia Hier. Gra. ĩ cõſ. 131. nobilis vir Scipio) ĩ ſi. n. 20. li. 1.

12 Quarta ſuborta eſt opinio, ꝙ gl. †cum qua pertrãſeant tres alij doctores, conſtituat ipſam Cõem, & hanc tennit idem Grat. in conſi. 75. quãuis ſi prius) col. 4. nu. 22. lib. 2. quem ſequuntur Fran. Coſci. in cap. 1. num. 26. extra de conſt. & Coſcium referens Fran. Viui. in tract. commu. opin. lib. 1. 182. iudex in iudicando) ante ſi. uerſi. ideo non eſt credendum) & alij, & in ſumma iſtæ duæ opiniones, coniungendo eas tanquam ab eodem fonte, uidelicet à Grato, emanatas, uolũt, ꝙ quatuor doctores † inter quos ſit glo

13 ſa, quæ autoritate omnes alios antecellit, ut tradit Bar. & ſequuntur reliqui in l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. faciant communem opinionem, quę concluſio iuuatur ex eo, quia talis eſt autoritas gl. ut qui eã ſequitur, †veritati inhærere dicatur, & in perpetuum nõ

14 erret,

erret, ut uoluit Bal. in l. fi. §. necessitate, col. 3. in pri. sub nu. 9. post med. versi. & ideo loquitur) C. de bon. quæ lib. quem refert, & sequitur Ias. in l. vt vim, col. pen. sub nu. 34. ff. de iust. & iur. quæ veritas præsumpta, si amplexa sit a tribus aliis doctor. videtur effici certa, unde non mirum si dicatur Communis, & pro ea præsumatur. Verum & istę opiniones parum subsistũt, nam hęc ratio laborat eodem morbo, quo superiores, & non attingit rem ipsam.

Quinta, & ultima extat opinio, quòd sententia
15 † ipsius Glosæ solius, uel Archidiaconi super sexto Decret. adeo sit cōis, ut præferatur alteri Communi, de qua opinione agemus infra tit. 9. in cas. 6. & 7. Sed ista est peior priorib. vt ex ibi dicendis apparebit. Ex quibus patet, quod istorum sententiæ in aere fundatæ sunt, cum nihil habeant, quo sustineri possint. Itaque ipse nulli istarum opinionum facile adhæreo. Nam
16 quanti sit præiudicii † his temporibus Communis opinio, vnusquisque per se clarè poterit ex eo intelli
17 gere, quod iudices hodierni † inhærent Communibus opinionibus tanquam securo carrotio, licet interdũ non parum errent, ut inquit Maria. Iun. in cons. 131. quæstio proposita) col. 1. nu. 3. lib. 1. Vnde cum, ubi maius inest periculum, ibi cautius sit agendum l. 3. in. §. duæ causæ. ff. de carb. ædic. c. ubi periculum, de elect. in 6. diligentius, & accuratius est in hac re aduertendum, & non ita facile ex tam exiguo Doctorũ numero, & autoritate communis opinio constituenda est, cum nulla lex, uel ratio ad ita tenendum nos impellat. Quinimmo Autores supradictarum opinionum omnes perfunctorie, incidenter, & nulla diligẽtia adhibita loquuntur, unde si rationes in contrarium adducantur facile summouebuntur. Et imprimis in huius difficultatis resolutione inspiciendum est ad vim, & efficaciam horum uerborum cōmunis, recepta, & probata) quibus utuntur Docto. nostri ad

communem ipsam significandam, & non singulorũ, sed simul omnium, ex quo intelligemus, ꝙ Docto-
18 res † cõmunis istius opinionis nomine nihil aliud demonstrare uoluerũt, quam sententiam illam, quæ ab iis doctoribus esset recepta, & approbata. quorum numerus, & autoritas ea sit, ut quod ipsi asserunt a reliquis omnibus pro indubitato, uero, bono, æquo, & per consequens inuiolabiliter seruando habeatur, non uerò ꝙ à duobus, tribus, vel quatuor traditum reperitur quorum numerus inter tot, & tantos scriptores tam antiquos quàm modernos exiguus, & parum curandus uere possit nuncupari. Nam quemadmodum in aliqua facti dubitatione, si ad famam, & communem opin. sit reccurrendum, non quod duo, tres, uel quatuor, sed ꝙ omnes, uel maior pars homi num loci, ubi factum contigit, affirmat, communis opin. dicitur, ut per And. Tiraq. in tract. de legib. cõnub. glo. 8. num. 160. & seq. ita in proposito nostro habito respectu ingentis numeri Autorum, & scriptorum in hac legali scientia; non quod duo; tres, uel quatuor opinantur, sed quod magna pars eorum tradit, commune receptum, & probatum vere dici poterit. Quid ergo statuendum in hac difficili quæstione? E quidem diu considerando in eam incidi senten
19 tiam, vt communis opin. † constituatur numero septem Doctorum ad minus; si inter eos sit Glosa, Innocentius, Hostiẽsis, Speculator, Bartolus uel alius doctor eximiæ autoritatis, sin minus maiori numero secundum pondus, & autoritatem eorum, & ad ita tenendum motus fui ex pluribus. & primo quia
20 numerus septenarius per se † dicitur esse perfectiss. & maxima habetur in consideratione, ut plene alios congerens tradit Io. Franc. Far. in trac. de essent. infan. proxi. infant. & prox. puber. c. 1. in fi. nu. 9. & clare ostenditur ex frequentissimo eius vsu in Diuinis, Naturalibus & Humanis; & in Diuinis habemus cõ

plura

plura exempla, nam Deus post creationem mundi se ptima die quieuit, quę appellatur sabbatum, hoc est dies quietis, & benedixit diei septimo. in Cœlo sūt septem ordines spirituum beatorum. ante Deū sunt septem intelligentiæ, & datę sunt illis septem tubæ. nomen Dei ab hebreis scribitur septem literis. septē sunt Dona Spiritus sancti, per quę numerus iste sep tenarius Spiritui sancto consecratus dicitur. quæ septem dona apud Zachariam dicuntur septem ocu li ipsius Dei. septem lampades ardebant ante tronū Dei, & septem candelabra aurea, & in medio eorum similis filio hominis, & habebat in dextera sua stellas septem, ut legitur in Apoca. uidit quoque Agnū habentem septem cornua, & septem oculos, & uidit librum obsignatum septem sigillis, & cum apertum fuisset septimum, factum est silentinm in Cœlo. septem sunt Sacramenta Ecclesiæ. septem Psalmi pe nltentiales. septies salutem dicit sacerdos astantibus Missæ, cum alijs pluribus, quæ passim occurrunt in sacra scriptura. In Naturalibus complura occurrunt exempla. nam semen genitale in Matrice septē horis conuertitur in humanam naturam, septem mē sibus partus perfectus est, & post partum septem horis dignoscitur, an natus sit uicturus, septem. horis homo absque respiratione uiuere potest. septem fenestras habet corpus, quibus alitur, videlicet, oculi, nares, aures, & os. septem horis fit bona digestio. septem horis est necesse dormire, ut fiat bonum nutri mentum. septem diebus potest quis uiuere absque cibo, ut de Comite Vgolino legitur apud Dātem in inferno. summus humani corporis crescendi modus est septem pedum, septem cellulę sunt in Matrice, vnde secundum Medicos septem filij eodem partu edi possunt. septem modis potest moueri homo, uidelicet, ante, retro, sursum, deorsum, destrorsum, sini strorsum, & in circulo, cnm alijs innumeris, quæ pos

sent

sent facile adduci. In Humanis etiam non desunt exempla, cum septem fuerint Reges Romani, septē bella ciuilia, septem sapientes tempore Hyeremiæ Prophetæ, septem sapientes in Græcia, septem diebus arsit Roma sub Nerone, septem Montes, & septem ecclesiæ principales in Vrbe. septem sunt Electores Imperii. septem actus solemnes requiruntur in coronatione Imperatoris, cum sexcentis, quæ quotidie in actibus hominum occurrunt. Et iste numerus septenarius à Pitagoricis dicitur numerus Virginitatis ex eo, quòd non producatur aliquo numero duplicato, unde ab Antiquis Palladi consecratus est, vel secundum Plutarcum Apollini; Præterea dicitur numerus beatitudinis iux. illud Poetę. Vterque quaterque beati; Deinde dicitur numerus purificationis, unde Apuleius, Neque protinus purificandi studio marino lauacro trado septies submergo fluctibus &c. & legitur 4. Regum, q̄ Heliseus Propheta inquit leproso, ingredere Iordanem, & septies te laua & purificaberis. est numerus penitentiæ, & remissionis, unde sapiens, & super peccatorem septuplum, & septimo anno fiebant remissiones. est numerus libertatis ex quo serui hebrei in septem annis libertatem consequebantur. Dicitur numerus laudis, unde Propheta, septies in die laudem dixi tibi, & tandem dictus est numerus uindictę, unde legitur in sacra scriptura, septuplum ultio dabitur de Cain, & apud Psalmistam, redde uicinis nostris septuplum de sinu eorum. Ex quibus apparet, quam frequēs sit usus istius Numeri septenarij, & etiam quam sit perfectus, unde cum nullum habeamus determinatum numerum doctorum communem constituentium, merito ad perfectum recurrimus.

Secundò adductus sum ad hanc opinionem firmā dam; quoniam hæc sententia non solum non discrepat ab opinionibus supra relatis, sed potius cum om

nibus conuenit & concordat, immo est eadẽ cũ ipsis,
21 ꝙ clare ostenditur, nã in eo, qđ plus est † cõtineť, & minus l. in eo, vbi post alios pulchre id explicat Io. Ferrar. ff. de regu. iur. cũ simil. At hæc nostra opinio cõtinet plura, sub q̃bus pñt contineri oĩa cõtẽta pauciora in supra relatis oĩbus, cũ numerus septenarius cõtineat numerũ singularũ sñiarũ, nẽpe numerũ duorũ secũdũ priores duas opi. & numerũ quatuor secũdũ duas posteriores opi. & numerũ vnius secundũ vltimam opi. supra relatam, Merito &c.

Tertio motus fui ex eo: nam, cum innumeri fere, & præsertim hodie reperiantur libri, & autores qñ quotidie in magnam quantitatẽ excrescunt, adeo, quod numerus eorũ, q in hac, vel illa q. scripserint, certus haberi nequeat, vt facto calculo maior pars eligi possit, quæ cõem constituat, sic in genere, & in confuso, cũ in specie, & adamussim fieri nequeat, eligẽdus est numerus, qui mediã uiã insectetur, hoc est, ut adsint, & reperiantur qõnes, quæ & maiori, & minori numero, q̃ sit electus, nitãtur, ac iuuentur. At numerus septem est hmõdi. nam plura sunt in iure, in qua pauciores, & in qua lõge plures, q̃ septem scripserũt, & sic numerus iste mediã viã tenere uideť, Ergo &c.

Quarto loco principaliter, & urgentissime mihi hãc
22 sñiam suasit exẽplũ Testamenti; nã † quemadmodum in testõ requiruntur septẽ testes l. hac consultissima, & l. fi. C. de testam. & Inst. eod. in prin. cũ simil. ita eadem, immo maiori ratione in Cõi opin. constituenda debent interuenire septem Doctores, qui sunt testes Iuris. Quod uero maior, vel eadem sit rõ in Cõi quam in testõ clare deducitur ex eo, nã ideo in testõ non duo, uel tres testes, prout in cæteris negociis regulariter interuenire solent l. ubi numerus. & ibi gl. prope fi. ff. de testib. sed septem requiruntur, quoniã cum maxime intersit, ut uolũtas testantium impleatur, ne quid falsitatis incurrat per duos testes, lex ma

iorem numerum testium expostulauit, ut per amplio res homines perfectissima ueritas reuelaetur. ita ad literam dicit tex. in l. fi. circa fi. uers. cum enim res) C. de fideicom. At ista ratio multo maior uiget in Cōmuni, quæ negari non potest, quin sit maximi momēti, & præiudicii, ut supra diximus, & multo maior suspicio falsitatis insit in constituenda communi, quā in testamento, propterea quod, cum in quocunque
23 actu † duo cumulatiue requirantur, potentia uidelicet, & uoluntas c. cum super, de off. deleg. l. 2. ubi Bal. C. de donat. ant. nup. cum adductis per And. barbat in consi. 10. animaduerso puncto) col. 8. uer. & clarū est ꝙ omnis actus) num. 25. lib. 1. & per Dec. in consi. 231. uiso casu proposito) sub nu. 2. cum concord. In testō non pōt interuenire falsitas, nisi in vno requisito nēpe in uoluntate, cū clarū sit, ꝙ in potestate falsum cōmitti nequeat, cū sensibus percipiatur qđ testator disponit, in Cōi uero falsitas pōt interuenire ex utroque requisito, uidelicet ex uoluntate, & etiā ex ptāte, cū ius, & iustitia nō percipiantur aliquo sensu extrinseco, sed in intellectu consistant; vnde facilis in falsitatē est lapsius ꝓ humani ingenii imbecilitatē. Et sic rō, quæ mouit legislatores ad ita disponēdū in testō æq; & magis viget in cōi, quæ pro veritate habet, & ꝑ cōsequēs qđ ī testō est dispositū, ī cōi ēt est disponēdū arg. l. à titio, cū uulg. ff. de uerb. obl.

Quinto motus fui, quoniam ubi agitur de re ma
24 ximi momenti, & prẹiudicii septē testes † adhiberi solent, quod probatur autoritate Sacræ scripturẹ, vbi legitur. ꝙ Abraam, qñ contraxit pacē cum Abimelech, statuit septē Agnos in testimoniū, cum pro missio pacis Deo facta sit maximi momenti. Præterea probatur in c. præsul. 2. q. 5. ubi propter reuerentiam Sacrorum Ordinum, & seruitij Ecclesiastici, Subdiaconus, Acolytus, & alii de quibus ibi, nisi conuicti septem testibus condemnari nequeunt.

At communis opin, ut sæpius diximus, maximi est præiudicij. Ergo &c.

Sexto, & ultimo, adductus sum, nam quemadmo-
25 dum in approbando scholari † requiruntur septem doc. l. si quis C. de profess. & med. lib. 10, & tradit Gl. fi. in l. magistros, quam sequuntur ibi Bar. sub nu. 2. uersi. secundo examinatio) Io. de Plate. col. 1. in fi. uer. tertio requiritur doctorum) & cæteri C. eod. tit. profess. & med. lib. 10. quos refert, & sequitur Abb. in c. proposuisti col. 3. nu. 8. & seq. extra de probat. ubi etiam subdit; q. si non adsint tot Doctores in loco, ubi fit approbatio, debent uocari exteri. Et Perusię, ubi quatuor tantum Doctores sunt deputati ad approbandum, concessum est ex priuilegio, ut asserit Bar. in d. l. magistros, & sequuntur alij passim; Ita in constituenda communi, quæ constat ex autoritate doctorum debent interuenire septem doctores, nam approbatio scholaris fit ad cognoscenda eius peritiam, & scientiam. item, & communis eget comprobatione circa sciẽtiam, & doctrinam, cum autoritas, ex qua constat communis, oriatur, ex doctrina, ut infra tit. 5. in prin. Et ex his satis clare, & urgenter suaderi potest hęc opinio, ut septem doct. ad minus cõstituant Communem.

Magis communis opinio quo excessu Numeri, & Autoritatis Doctorum constituatur.

TITVLVS II.

Summa Notabilium.

1 *COMMVNIS opi. pot. hre cõtra se magis cõem.*
Doctores in eadem q. de communi pro utraque
2 *parte attestantes possunt veritatem dicere. & ideo non sunt reprehendendi.*
3 *Magis communis opin. cognoscitur per ponderationem, & numera-*

numerationem autorum.

4 *Magis cõis est opinio, quę à pluribus doctoribus recipitur.*

5 *Magis communis dicitur, quę approbatur a Doct. maioris autoritatis.*

6 *Magis comm. opin. quo excessu Numeri, & Autoritatis Doct. constituatur, repositum est arbitrio iudicis. Datur tamen quædam Theorica nu. seqq.*

7 *Magis comm. fit excessu unius tantum in q sterili data paritate Autoritatis. Declar. nu. 9.*

Minima non habentur in consideratione, & quomodo.

10 *Magis com. in q. ampla data paritate autoritatis fit excessu Numeri duorum. Declar. num. 12.*

11 *Dictio (multa, seu plura) verificatur in duobus.*

13 *Magis com. data paritate Autor. effici excessu unius Nu. pro singulis decem.*

14 *Magis com. data paritate Numeri fieri per omnem excessum Autoritatis, Declar. nu. 15. & 16.*

17 *Quando una opinio habet doct. plures, contraria vero grauiores, Magis com. est quæ tenetur a doct. grauiorib.*

18 *Verius esse id reponendum arbitrio iudicis.*

19 *Numerum posse reduci ad Autoritatem, & econtra. Et quomodo nu. 21.*

20 *Doctor quisque licet infimus suam habet autoritatem.*

21 *Numerus doctor. in communi quare requiratur.*

23 *Magis com. dici, cuius excessus Numeri est maior excessu Autoritatis.*

24 *Et econtra, cuius excessus Autoritatis est maior excessu Numeri.*

25 *Quando excessu Num. & Autor. sunt ęquales. neuter facit magis comm. & num. seq.*

EX Iã dictis clare cõstat, ex quibus cõstituat cõmunis opi. nũc vero aduertẽdũ est, cõplures reperiri casus, qui de iure adeo cõtrouersi sunt, vt adsit ex vtraq; parte cõis opi. doc. & plerũq; alia
1 †sit magis com. vt experiẽtia videmus, & tradit Neuiz. in sua sil. nup. li. 5. sub n. 4. ver. & sic cõtingit) &

2 n.9.post prin. Ex quo defendunt †doctores, qui in ea dē q.testant̄ ꝑ vtraq; parte dē cōi opi. nā oēs bn̄ dicūt, cū hinc inde possit esse cōis, ut patet ad sensū, & tradit D.meus Io.Pau.Lanc.in d.sua disputa. An, & qn̄ attend. sit com.opi. in primo requisito. Ista vero
3 magis com.opi. †cognoscit̄ ꝑ pōderationē, & numerationē autorū vtriusq; partis, ut in specie tradunt Cag.in l.2.col.16.nu.50.in fi.uer. & q̄uis in primo) C.de pact.inter. emp.& uend.& Ant.Grauat.in Addit.ad Vest.in sua prax.li.4.c.5.n.23.circa med.ver. sed certe prior opinio)& id in facto seruat Soc.ī cō s. 150.Dn̄s labia &c.vt in qōne) in fi.li.1.quē refert, & sequitur Boer.in dec.209.& illā, q̄ ibi tenuimus) in fi. Et utrunq; facit istos referens D.meus Frā. Cantutius uere uas ingenii, & maturi iudicii plenū, & acerrimus Cōis opinionis cultor in pluribus eius responsis non minori doctrina, quā elegātia redditis, ut clarius apparebit, cum impressa circunferentur, & ꝓcipue in respo. incipien. tota huius controuersiæ) ubi id seruar in prima inspect. & pro uero tradit in 2.inspect.in 1.fun.& est de mēte oīum doc. Et ea opi.
4 †est magis comm. quæ maiori doc.n.fulcitur, ut tradit Abbas inc.1.col.fi.sub n.15.& ibi Fel.col.pen.sub n.54.uer.& illa dicitur com.)& Aug.Bero.n.268. ex̄ de const.Tho.Ferrat.in trac.caut.cau. 31. manifestū est, qd̄ iudex)n.2.Ant.Corsc.in trac. trebel.§.1.in fi. sub n.10.Ant.de Prat.vet.inter consi.Alex. in consi. 7.uidetur prima fronte)col.3.in fi.sub n.10. uer.& si uarię sint opi.)lib.4.Ias.in l.2. sub n.3.uer.nam illa censetur, & ibi Purpur.in Addit.C.de inst.substit.& in auth.si qua mulier n.15.C.de sacros. eccle.Alcia. in l.1.in uerbo.Celsus ait)sub n.44.ff si cer.pet.Neuiz.d.nu.4.prope fi.uer.& dicitur cōis)Lanc.Corra. in lib.de prętor.§.2.in tit.de sentē.n.25. Benincas. in §.actionū nu.344.inst.de act.Hypol. Rimin.in l. precibus n.475.C. de impu.& al.subs.& inter consi.

vlti.

ulti.uol.diuer.in consi.166.mag.Dña Ioan.) col. 5. in fi.n.9.li.1.Nicol.Moron.in trac.de fid.treg.& pac. par.2.q.12.n.2.D.meus Fran.Cant. in d.respo.in 2. inspect.in prin.& alii passim adeo, q̃ ista sit ab omnibus recepta sentẽtia: Eodẽ modo,& ea opinio, quę
5 hẽt Doc.maioris autoritatis† est magis com.ut concludunt Matthes.in trac.de elect.uer.opi.in fi Alex. consi.202.uilo themate,& dubiis)col.fi.ante fin. sub n.7.ver.& dicunt doc.& ibi Adden. lib.7. Fran.Turza.in trac.comm.opin.in opi.160 probationes)in fi. Alc.in tract.præsump.reg.1.præsump.51. nu.3. Neuiz.ubi supra nu.5.Gozadin.consi.39.prima facie videtur) col.3.n.17.& consi.59.prima facie dicẽdum) col.4.in fi.nu.21.Gomes.in Comment.ad Regu.cancel.in procem.q.2.in 4.fundam.partis affirmat. Pet. lorio.in d.l.1.in ver.celsus ait)n.3.ff.si cer. pet.Lancell.Corrad.vbi supra n.25.Grat.in consi. 75.quamuis si prius)col.3.sub n.20.lib.2. Marc.Ant. Natt.in consi.130.superioribus annis consului) col.5.nu.5. Aug.Bero.conf.99.non recedendo ab iis)col.3.n.5. li.5.& conf.15.pro responsione)prope fi.n.13. li. 2. Grauat.sub d.n.23.D.meus Frã. Cãt.in d. resp.2.in spe.in 2.fun.cũ fim.& est receptissima opi.nemine aduersãte. Et ista adeo perspicua sũt; vt nulla prorsus egeãt cõprobatione. Sed difficultas cõsistit in dignognoscẽdo, q excessus numeri,& autoritatis doc.cõstituat magis cõ.opi. Et licet resolutio istius ĩdagatio
6 nis reposita sit † in arbitrio ipsius iudicis, q ex qualitate autorũ oẽm cõtrouersiã pt derimere, cũ nõ possit tradi certa regula sup hoc vt tñ res eo dilucidior reddat, tres spectione adhibẽdas eẽ cẽseo, quarũ. Prima erit, data paritate autoritatis q excessus numeri faciat magis cõẽm? Scđa data paritate numeri q excessus autoritatis? Tertia,& vl.qñ ex vna parte ẽ maior excessus numeri, ex alia maior excessus Autoritatis, quid dicendum?

INSPECTIO I.

REDEVNDO modo ad primam, duo sunt in ea distinguendi casus. Quorum primus est quando sumus in q. sterili, quę paucos habeat Autores, ut puta octo, uel 10. Et hoc casu concludendũ est oẽm ex-
7 cessum ẽt unius numeri † facere magis cõm. opi. exẽplum (decem doc. tenent, legitimam filię dotatę à patre augeri per auctionem facultatũ paternarum; Vndecim vero doct. opinantur cõtrarium, hoc casu magis com. dicitur, q legitima non augeatur) & ita firmat. D. Ioan. Paul. Lancell. in d. sua disput. in primo req. in 2. lim. & ratio huius conclusionis est, quia magis com. opinio constituitur ex maiori numero doc. & negari non potest, quin excessum unius faciat maiorem numerum in hoc casu. Nec dicatur, q excessus
8 unius numeri est modicus, † & ideo non curandus arg. l. scio, cum ibi not. ff. de integ. rest. cum concord. Quoniam resp. q istud haberet locum in q. magna, & à pluribus pertractata, quia tunc habito respectu ad rem, de qua agitur, diceretur iste numerus minimus, nec curandus, nam maximum, & minimum consideratur secundum magnitudinem rei, de qua agitur, ut tradunt Bar. & cæteri in d. l. scio, secus uero in q. sterili prout est in casu nostro. Ista tamen conclu-
9 sio † est intelligenda, quoties docto. oẽs tenent hoc clarè, & expressè; secus si præsumptiuè, uel alio modo non expressè; Secundo quãdo bene fuerunt reuoluti libri, adeo quod si non clare, nam id fieri vix põtest propter innumeros libros, & Autores saltem uerisimiliter alius reperiri non possit. secus aliàs. Tertio, & ultimo, nisi pro opinione habente minorem numerum adessent plures attestatiões de Com. opinam, licet attestatio non faciat opinionem Com. tamen quoniam propter illas plures à testationes esse

facile

facile potest, quod alii eam secuti sint consulendo, & iudicando; quorum scripta non reperiantur, ideo talis excessus hoc casu non attenderetur.

Secundus est Casus, quando sumus in q. ampla in qua plures scripserunt Doctores, & tunc cōcluderē,
10 quod si sint 15. uel 20. excessus duorū ad minus † constituat magis com. opin. exempli gratia (20, Doct. tenent possessionē esse quid facti, 22. uero doct. tenent contrariū, hoc casu magis com. opi. erit, ut possessio sit iuris) & hoc est de mente D. Io. Pau. Lance. in d. 1. requ. & comprebatur quia numerus 20. non est adeo ingens, ut per duos non dicatur augeri, & præsertim quia, cum magis com. constituatur numero pluriū,
11 ista dictio (plura, seu multa) uerificatur † in duobus. tex. est clarus in §. fi. ubi latè alias autoritates adducit Siluest. Aldobran. in fi. nu. 26. insti. de iur. perso. & tex. etiam in §. singulorum, instit. de rer. diuis. firmat Gl. in l. 1. §. hoc rescriptum, in uerb. multa. ff. ad Syl. lania. & sequuntur alii docto. passim quicquid dicat Glo. in d. §. fi. & malè cum uideatur velle arguere Im
12 per. de defectu. Hæc tamen conclusio † intelligenda est cum qualitatibus supra relatis in primo casu, ut uidelicet hi doct. clarè firment suam opin. quod diligenter fuerunt reuoluti libri, & quòd non adsint plures attestationes de comm. opin. pro contraria parte, In cæteris uero q. habentibus maiorem numerū Au-
13 torum, ut puta 30. 40. vel alterius, ipse † augerē vnū pro singulis decem, ita vt si pro una parte adsint 30. doc. ad hoc ut contraria efficiatur magis com. necesse sit, q habeat 33. doc. ad minus, & si ex una sint 40. ex alia 44. doc. adesse debeant, ut faciant eam magis cō. & sic de singulis per ea quæ supra dicta sunt. Et ista dicta sint de ueritate, & rigore. sed quoniam is hodie est Scriptorum numerus, ut oēs haberi nequeat, & quos habemus singulos ita uidere non possimus, ut certi efficiamur, alium, uel plures doct. non reperiri, qui

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE

qui huic, uel illi opinioni accedant, ideo iudex nõ ita facile per excessus ita paruos magis com.hãc, uel istam sententiam declarabit, sed potius in hmôi casibus qõne dubiã,& neutrã opi.magis cõ.pronũciabit.

INSPECTIO II.

Subsequitur modo 2.Inspect. quæ hẽt data paritate Numeri doc.qui excessus autoritatis cõstituat magis cõem?In hac difficultate ẽt si firma, & certa resolutio fieri nequeat pp incertam Autoritatis quantitatem,quæ uelut umbra,& imago quædã cõiecturis, & præsumptionibus excerpta nobis ostenditur, tamẽ una cum Alc.in l.1.in ver.Celsus ait)n.44.ff. si cert. pet.firma faciẽda est conclusio, ut omnis excessus au
14 toritatis † faciat magis com.opi.quod suadent lex, & ratio, & primo l. maiorem in verf. in numero aũt pari)ff.de pactis,deinde ratio,qm̃ excessus autoritatis apparens non põt esse,nisi magnus, cum modicus facilè non discernatur,& in pari n.doc. maioris auto
15 toritatis sunt præferendi. Et hæc conclusio † procedit, siue excessus iste sit in persona vnius, ut puta si pro altera cõi adesset autoritas gl.doct.uerò alterius com.sint autoritate pares tenentibus cum glosa,nam cum ea sit glos. autoritas ut per se sola satis extollat uerticem supra alios, ut tradit Bart.& cęteri in l.ut uim ff. de iust.& iur. sufficit ad efficiendã magis cõ.
16 Siue econtra † excessus sit in pluribus, ut puta si pro altera Innocentius,& Bar.reliq.doct.autoritate paribus,nam cum autoritas Innocentii & Bar.superet autoritatem solius glosæ,iste excessus in pluribus facit magis com.Concludamus ergo,ꝙ oĩs excessus cõsiderabilis in autor.facit magis cõ.data paritate numeri.

INSPECTIO III.

CIRCA tertiã Inspect. quando videlicet ex vna parte est maior doctorũ numerus, ex alia maior Autoritas,

toritas,

toritas, qui excessus constituat magis cõ.opi. Nume
ri ne, an Autoritatis? Matth. Matthesil. in d. tract. de
elect. ver. opi. prope fi. sub n. 10. vers. si vero, ut supra)
17 existimat, ꝙ in dubio † ea opinio sit eligenda, quam
tenuerunt doct. Maioris autoritatis, ẽt si sint numero
pauciores arg. d. l. maiorem ff. de pact. nisi forte pro
alia parte esset numerus duplo maior, quia ea tenen
da esset arg. c. si qñ, de elect. in 6. & sic præsupponit, ꝙ
excessus autoritatis faciat magis cõ. nisi excessus nu
meri sit in duplo; Sed hæc resolutio nullo mõ satisfa
cit, nam in primo mẽbro sic indistinctè non est tuta,
in secũdo vero est omnino falsa, nam põt dari casus,
ꝙ excessus numeri ẽt duorum cõstituat magis com.
licet pro alia sit excessus in autoritate, vt ex infra di
cendis clarè apparebit; Quamobrẽ verissima est opi-
nio Alc. in d. l. 1. in ver. Celsus ait) n. 44. in fi. ff. si cer.
18 pet. qui vult hoc casu † id oẽ relinquendum esse ar-
bitrio iudicis, nam fatendum omninò est, certam, &
claram Theoricã super hac re tradi impossibile esse,
cum autoritatis quantitas haberi nequeat, sed eius
qualis qualis cognitio vix potest apprehendi, ex
qualitate doct. particularium qñ sumus in aliqua fa-
cti specie, vnde non mirũ, si iudicis arbitrio relinqua
tur, qui in facto cuncta rectè perpendere põt. Verum
tñ, quando specificam doctrinã in hac dubitatione
constituere non licet, generalem regulam ad facilio
rem cognitionẽ firmare, non ab re esse duxi: & anteq̃
ulterius progrediamur, unum necessario præmitten-
19 dum est; Nempe ꝙ Numerus, & autoritas docto. pñt
pependi, & calculari, & numerus põt reduci ad quan-
titatem Autoritatis, & Autoritas ad quãtitatem nu
meri; in quo aduertendum est, ꝙ licet vnus Doctor
habeat maiorem autoritatem altero, vnusquisque ta
20 men licet infimus † suam habet autoritatẽ nã, cum
pro Doctore præsumatur, quòd sit peritus, & bo-
nus, ista præsumptio excitat quandam opinionem
in

in pectore hominum, qua ipse censetur imitandus, & per consequens gignit autoritatem, quæ est opinio, qua quis putatur imitatione dignus d. c. sana quippe 9. distin. & cum talis Doctoris infirmi autoritas minima sit, quæ vnius tantum in constituenda Communi nihil operaretur, iste defectus
21 suppletur † numero plurium doc. quorum singulorum autoritates minimæ simul iunctæ faciunt autoritatem maiorem, seu maximam, cum plura modica
22 (vt dici solet) faciât vnum satis. Ista igitur † reductio Numeri ad Autoritatem & econtra fit personalem põderationem Autoritatis maioris, & minoris hoc pacto. Quoties in quæstione sunt diuersæ scribentiũ sententiæ, ita ut dubitari cõtingat, quæ sit magis cõ. opin. singulorum doct. autoritates sunt perpendendæ, & considerandæ prout infra Titu. seq. & deinde duorum, uel plurium Autoritates simul comparandæ, & si unus superet Autoritate alterum in duplo, adeo q; eius autoritas sit par, & ęqualis Autoritati duorum: ille solus dicetur facere Numerum istorum duorum, isti uerò duo autoritatem eius solius, item econtra is unus dicetur facere autoritatem illorum duorum, & isti duo numerum eius unius; Idem est si autoritas duorum ea sit, vt æquiparetur autoritati trium inferiorum Doctorum. Nam duo facient numerum illorum trium, tres uero autoritatem eorum duorum, & econtra duo facient autoritatem istorum trium, & tres numerum illorum duorum, & idem faciendum est in aliis Doctoribus maioris, uel minoris autoritatis, tandem comparatione ista facta, & reductione fit calculus numeri, & autoritatis omnium doct. utriusque partis, & ea opinio, quæ maiori uel numero, uel autoritate Docto. iuuabitur erit magis com. Et ut hæc omnia facilius percipi possint pono exemplum, Fingamus, quod autoritas unius antiqui sit par autoritati trium Modernorum. Modo tres antiqui

tiqui tenent (& hoc exempli gratia, non uere) causas meri imperii non posse subdelegari, sed nouem Moderni tenent contrarium reductio fit hoc pacto, cum Autoritas vnius Antiqui æquiparetur Autoritati trium Modernorum simul tres antiqui facient numerum nouem Modernorum, & nouem Moderni autoritatem trium Antiquorum. & econtra tres Antiqui facient autoritatem nouem Modernorum, & nouem Moderni numerum trium Antiquorum, itaque hoc casu par erit numerus, & autoritas utriusque partis, & neutra opinio erit magis com. Pono aliud exẽplum in eadem specie persistendo, Quinque Antiqui tenent, Causas meri imperii non posse subdelegari, contrarium tenẽt 12. Moderni, & hoc exemplũ deseruiet pro reprobanda opinione Mathes. supra relata, facta reductione, ut modo supra, quinque Antiqui facient numerum, & autoritatem, 15. Modernorum, & 12. Moderni numerum, & autoritatem quatuor Antiquorum, ita ut opinio Antiquorum, quod causæ meri imperii non possint subdelegari, erit magis communis, quia fulcitur maiori Autoritate, & numero trium Modernorum, & unius antiqui, quam contraria, adduco & tertium exemplum in eadẽ met specie, ut facilius res intelligatur: Quatuor Antiqui opinantur, Causas meri imperii non posse subdelegari, sed in contrariam sententiam iuerunt 18. Moderni. Quatuor Antiqui faciunt numerum, & autoritatem 12. modernorum, 18. Moderni vero faciunt numerum, & Autoritatem sex Antiquorum, & cõsequenter opinio Modernorum, quod Causæ meri imperii possint subdelegari, erit magis comm. cum excedat opinionem contrariam Numero, & Autoritate sex Modernorum, & duorum Antiquorum; Et hæc satis sint, cũ idem in similibus dici debeat. Quamobrem concludendo, quando dicimus, aliquẽ maioris autoritatis, perinde est, ac si diceremus plures

esse

esse Numero,& econtra. & ratio est, quia de Doctore maioris autoritatis ea est opinio apud oẽs eius sciẽtiæ,& doctrinæ,quæ habetur de duobus,uel pluribus simul,ad quod confert illud; Nam quoties occurrit uir aliqua armorum experientia fortis, sæpe dicere solemus,hunc duos,uel tres alios facile uicturum,& superaturum.& hoc, non quia habeat plures oculos,manus,& crura,quã singuli illi duo, uel plures, sed q̃m opinamur, duos eius oculos, manus,& crura operatura longe maiorem effectum, quam plures oculi,manus,& crura aliorum. His sic præmissis in hac inspectione pro omni dubitatione tollenda, tres sunt distinguendi casus,quorum. Primus est, quando excessus numeri superat excessum autorita-
23 tis,& hoc casu clarum est,excessum numeri † constituere magis cõem,ut supra in 3.exemplo,ea ratione, quia ubi facto calculo Numeri, & Autoritatis singulorum doct.si erit maior excessus num. erit & maior pro eadem opi.excessus autoritatis,cum numerus ex autoritate,& autoritas ex numero procedat. Secundus casus est,& hic quoque clarus, quando excessus Autoritatis est maior excessu numeri. ut supra in 2. exemplo,& concludendum est,excessum autoritatis
24 † facere magis Cõ.opi.eadem ratione, quia ubi Autoritas excedit numerum, excedit non solum in autoritate,sed etiam in numero.

Tertius,& ult.Casus est, quando uel constat, excessum Autoritatis esse æqualem excessui numeri, uel non dignoscitur maioritas excessus,& sic sumus in dubio.Hoc casu dicendum uidetur,quòd excessus
25 Autoritatis † constituat magis cõm. & id uidetur uelle Alex.in d.consil. 202.propè fi.sub nu.7.uers. & accipitur magis comm.)lib.7.& idem sentit Mathesi. ubi supra.suadetur autem hæc opinio ex eo.nam numerus doctor.adhibetur in cõi pp autoritatem,& sic autoritas tanquam finis est dignior, cum oẽ agens

agat

agat pp finem. Ergo .: ioris debet esse roboris ad constituendam magis comm. opin. Verum ista ratio haberet locum, quando ex alia parte non adesset autoritas, secus uerò est in casu nostro in quo cumtex altera parte sit excessus in Numero inest, & in autoritate. Nec obst. autoritas Alex. quia, dum dicit non debere attendi numerum, intelligitur, quando maior est excessus autoritatis, & sic in 2. casu. Itaq; con
26 trarium uidetur uerius, quod excessus numeri † faciat magis com. Nã certi iuris est, ubi habemus duo iura contraria, unum clarum, & alterum dubium c'a rum seruandum esse. At in casu isto est excessus Nume. clarus, cum ad sensum pateat, excessus uero autoritatis subdubius, cum autoritas non ita facile possit calculari, & põderari, Merito &c. Ista quoq; rõ nihil facit, quia habet locum in dubio, secus, quando constat excesum autoritatis esse æqualem excessui numeri, uel nõ discernitur qui sit maior exce'sus, prout in casu isto. itaque hoc casu prout supra in primo
27 exemplo, concludendum est, neutrum excessum † cõstituere magis comm. opin. sed utramque esse æque cõem. & ratio est in promptu, quia, cum vterque excessus sit par, & ęqualis, non põt facere magis com. quæ constituitur, ex maiori numero, uel maiori autoritate Doctor. Et hæc potius dicta sint pro maiori enucleatione istius materiæ, quã pro aliqua regula, seu præcepto tradendo, cum id facere, fere impossibile sit, sed iudex in facto poterit decernere quid sit agendum, & secundum qualitatem doctorum hanc, uel illam opinionem magis com. declarare. Sed quoniam supra sæpius de maiori, uel minori autoritate Doctorum mentionem fecimus, non ab re erit modo perquirere, quomodo autoritas maior, & minor consideretur, & qui doctor dicatur maioris, & minoris autoritatis.

Autoritas

Autoritas Doctorum maior, & minor quomodo consideretur, & cognoscatur.

TITVLVS V.

Summa Notabilium.

1 AVTORITAS Doctoris oritur ex doctrina, & bonitate simul iunctis. & nu. 5.

2 Reperiri autoritatem doct. absque doctrina, & quomodo procedat, nu. seq.

3 Papa ex eo, quod est Papa, efficitur doct. V.I.

4 Iudices, & aduocati propter peccata non vidēt veritatē.

6 Autoritas maior in vno doctore, quam in alio.

7 Doctores, qui maioris, & minoris Autoritatis sint relinqui arbitrio iudicis.

8 Doctrinam esse maiorem argui, quo longius transactum est tempus.

9 Veritas filia temporis.

10 Quo antiquiores, eo maioris sunt Autoritatis.

11 Antiquos præstantiores Modernis pondere, numero, & mensura. & cur. nu. 13. Fal. nu. 18.

12 Antiquos doctiores modernis, & quare. Inuidia oritur ex doctrina, & locum habet inter partes ibidem.

14 Opinio Antiquorum præfertur sententiæ Modernorum, Fall. num. 15.

16 Antiquos non potuisse omnia videre.

17 A iunioribus omnis Doctrina in dies perficitur.

19 Antiquum illud appellatur, quod venerabilius est.

20 Antiquus in Autor. æquiparatur multitudini Modernorum; Quot uero Modernis in specie relinquitur arbitrio iudicis, & nu. 21. traditur tamen quædam reg.

22 Doctorum tres gradus nouiter distinguuntur: & qui in istis contineantur, & nu. 23.

24 Primus Gloßator fuit Irnerius Lucerna iuris nūcupatus.

25 Antiquum

25 *Antiquum æquiparari trib. Modernis, & duobus medijs, medios vero duobus modern.s. Intell. vt numero. 27. 28. 29. & 30.*

26 *Dictio (multum, seu multa) Cortone proprie significare tria.*

31 *Sententia Senis præfertur opinioni Iuuenis, Fall. ut n. 37.*

32 *Senex est maioris autoritatis Iuuene.*

33 *Senem magis peritum esse Iuuene Fall ut nu. 35.*

34 *Consilium senis est sanius consilio Iuuenis.*

36 *Leges debent addisci in Iuuentute, & earum vsus semper continuandus est.*

38 *Iuuenibus utile, & decorum, quod in dubio pro senibus præsumatur.*

39 *Doctor, qui plura scripsit, est peritior, & maioris autoritatis, & n. 41. & qui plura scripsisse dicatur n. 43.*

40 *Assiduitas reddit ingenia grossa acuta.*

42 *Accursius cur sit adeo ingentis Autoritatis.*

43 *Doctor plene tractans aliquam materiam dicitur plura scribere, & in ea maxime est autoritatis.*

44 *Doctor cuius scripta sunt approbatoria, maioris est autoritatis.*

45 *Exercitatio arguit maximam doctrinam, unde Doct. qui se exercuit peritus censetur.*

46 *Sapientia filia vsus, & memoriæ.*

47 *Doctores actu legentes, vel aduocantes maioris esse autoritatis, quam sint otiosi.*

48 *Doctor ordinatus peritus præsumitur.*

49 *Ex ordine facilius disciplina percipitur, & retinetur.*

50 *Doct. ordinatus, & clarus maioris est autoritatis.*

51 *Doctor habens bonos scholares, & defendens magnas causas dicitur excell. & maioris autoritatis.*

52 *Scholares docti ostendunt se habuisse doctum præceptorē: & præceptor malus non potest facere bonum scholarem.*

53 *Doctorem nobilitari per scholares, & clientes.*

55 *Doctori valde prodesse laborare in docendo scholares, & defendendo clientes.*

56 *Doctor habens multos scholares, et causas presumitur ual de peritus: et est maxime autoritatis n. 57. Fal. 58. et 59*
60 *Doctor habens magnũ salariũ præsumitur maximè sapiẽs, & maximæ est Autoritatis, & n. 64. Decla. n. 65. 66.*
61 *Doctor habens maius salarium prefertur.*
62 *Ex pœnę qualitate arguitur qualitas delicti, & ex præmio arguuntur merita.*
63 *Aduocati non curant de his, quę non faciunt bursam hydropicam.*
67 *Sapientis est, facere, quod nunquam mutandum sit.*
68 *Doctor non uarius prȩsumitur ualde bonus & peritus, & contra nu. 69.*
70 *Doctoris contrarietas arguit nequitiam quandam.*
71 *Contrarietas doc. quò crebrior est eo magis reprehenditur.*
72 *Doctor contrarius minimę est autoritatis, & econtra.*
73 *Qui affectus ex supra relatis arguat maiorem doctrinã, & nu. 74. 75. & 76.*

AVTORITAS doct. quę sit maior & minor cognoscere volẽtes, prius nosse oportet, ex quibus fontibus seu locis ipsa proficiscatur, cum à causæ cognitione facilè deueniatur ad cognitionem
1 effectus. Autoritas igr̃ ex duobus fontibus emanare dr̃, nẽpe ex sciã, seu peritia, seu Doctrinæ excellẽtia, & ex Morũ honestate, ac animi probitate. & Primũ, ꝙ autoritas oriat̃ ex doctrina probat̃ legib. & rõne secũdũ D. meũ Io. Pau. Lanc. in d. sua disp. An & qñ. attend. sit Cõ. opi. in 2. requis. legibus probat̃ in l. vij. mense, ibi pp autoritatẽ doctiss. uiri Hypoc.) ff. de stat. hom. Vbi dũ I. C. loquens de autoritate annectit verbũ (doctissimi) appertè ĩnuit. autoritatẽ ex doctrina oriri, idẽ probat̃ in l. diui, ibi & iuris ciuilis ꝑter ueterẽ, & bene fundatã peritiã) ff. de iur. par. in l. cum acutissimi, & ibi, & añ alios excellens Papinia.) C. de fideicõ. in l. pen. prope fin. ibi, & huius sententiæ subtilissimum) C. de condit. ind & alibi passim. Ratione demum probatur, nam cũ autoritas doct. nihil aliud

sit

sit, quod opinio, qua quis putatur imitatione dignus, ut tradit D. Io. Paul. Lancel. ubi supra, statim atque apparet scientia uel doctrina in aliquo, rapimur, & trahimur quodam Natutæ instinctu, ad illum amandū, colendum, ac imitandum, iux. dictum Platonis relatum à Cice. li. primo. off. Sed huic conclusioni obsta
2 re videtur, quia datur casus in quo † reperitur autoritas doct. absque scientia, seu peritia aliqua iuris, nā
3 Papa ex eo solo, quod est Papa, efficitur † doctor. V. I. autoritate, nō scientia, istud est solenne dictum Bal. in c. 1. in fi. nu. 6. ext. de confes. approbatum à Fel. in c. nonnulli, col. 34. sub n. 19. uers. præterea si esset uerum) ext. de resc. quod non minus elegans quam uerū dicit Cat. cot. in suis Memo. in uerb. Papa licet si doc.) Ceterū istud obiectū, licet in se uerum sit, nihil tñ repugnat cōclusioni supra factæ, nā hoc est speciale in Papa, quod hēat autoritatē doc. sine scīa, quēadmodū ēt ē spāle quod efficiat doc. I. V. ob solā dignitatē Pōtificatus, un̄ id nō est extendendū ad alias personas.

Secundū, quod autoritas doct. ex morū honestate, ac animi pbitate oriatur, deducit primò, quia absque istis doctrina nō pcipitur, initiū. n. sapiētię est timor dñi, & in maleuolā aīam nō introit sapiētia. secūdo; quia doctrina ēt pcepta nō parit autoritatē, cū nō cōcitet desideriū imitādi, tū quia nō pōt apparere, cum
4 iudices, & reliq iuris professores † pp peccata nō uideāt veritatē, ut post Bal. tradit Afflic. in dec. ulti. in fi. tum quia licet doctrinæ excellētia eluceat, si deest animi probitas, non modo non concitat desideriū, & amorem imitationis, sed potius odium, & abiectionem quandam scientia. n. in homine malo est tanquam gladius in manu furiosi. Autoritas igr̄ proficiscit̄ ex doctrina, & morū honestate, ac animi probitate, & nō
5 ex altera earū tātā, † sed ex ambab. simul, nā si cessaret, scīa deficeret fūdm̄ autoritatis, si uero abesset animi probitas nō oriret̄ opinio, vñ, utroq; casu sequeretur,

autoritatis destructio. Verum quoniam maior, & minor doctrina, & probitas esse, vel apparere potest in vno doctore, quam in alio, ideo maior quoque, &
6 minor †est autoritas vnius doctoris, quàm alterius, & hoc clarissimum est. sed cognoscere, qui doctores sint maioris, & qui minoris autoritatis, hoc opus, hic labor est, quoniam cum doctrina, & probitas reconditæ sint, nec sensu aliquo extrinseco percipi valeant, solum per quosdam effectus ex eis productos, partim veras, & partim præsumptas istas indicantes, illarum qualis, qualis cognitio haberi potest, quinimmo, quia effectus isti multiplices, & uarii admodum sunt, quam plurimæ ex eis dubitationes, inculcationes, & cõtrarietates suboriuntur. Qua propter, cum clara resolutio, & certa doctrina in hac difficul
7 tate tradi nequeat, id totum †relinquemus arbitrio ipsius iudicis, qui diligenti habita disquisitione qualitatis doctor particularium, quod sibi satius visum fuerit terminabit. Cæterum nos ad faciliorem decisionem istius controuersiæ quando non vt volumus, concessum est, eam explanare, vt poterimus dilucidius, & clarius, non nulla generalia in medium afferemus circa effectus doctrinam, & probitatem arguẽtes; quorum nonnullorum, multis omissis, explanationem habituri, vt omnium distincta habeatur cognitio, plures adhibemus Inspectiones.

INSPECTIO. I.

TEMPVS in omnibus rebus permagni est roboris, maximum vero producit effectum in arguenda doctrina, & probitate doct. qua de re nos modo tractaturi, vt res facilius percipiatur, duos principales distinguimus casus, quorum primus est circa effectum temporis decursi post firmatam opin. vel mortem Doctor. Alter casus erit de effectu tẽporis, quo opinio firmatur.

CASVS

CASVS. I.

Quo ad primum concludendum est, quo longius transactum est tempus, eo maiorem doctrinam, &
8 probitatem †argui, nam tempus vorax omnia diluit, & prosternit, nihilq; tàm durum est, quin temporis tractu molliatur, ac minuatur. Sed sola veritas tem-
9 pore non labefactatur. ex quo eius filia †nuncupata est, ut ex quodã Poeta refert Aul. Gelli. li 12. Noct. acti. c. 12. in fi. & contra mendacium (vt dicitur) non senescit. Vnde si Nomen, & sententias alicuius doctoris longo tempore perdurare videmus, absq; dubio credere possumus, singularem doctrinam in eo viguisse, ac eius dicta sola puraq; veritate niti. Quamobrem antiqui maximæ sunt autoritatis, & quo
10 sunt antiquiores, eo † sunt maioris autoritatis, vt tradunt plures fuse cõgesti per Neuiz. in d. sua sil. nup. lib. 5. sub num. 5. & seqq. Por. Imol. in cons. 70. senectutem imprimis) nu. 10. cum seqq. & nouissime per D. meum Frã. Cant. in pleno, & subtili resp. incip. tota huius controuersiæ (in 2. Insp. in 2. fund. & ideo
11 antiqui † maioris sunt autoritatis, & præstantiores, Modernis pondere, numero, & mensura, ut inquit Bal. in l. fi. col. pen. nu. 47. in fi. uer. aduerte antiqui) C. de edic. diu. Hadr. tol. Alcia. in d. tract. præsump. reg. 1. præsump. 45. sub nu. 3. Luci. Paul. Rose. in reper. ad comment. Franc. Aret. in verb. doctor antiquus) late alios refert Neuiz. ubi supra num. 4. in fi. idem sequuntur Cott. in Memoral. in uerb. nuptiarũ causa) prope fin. uer. perinde in proposito) Port. Imo. in d. consi. 70. sub nu. 10. & DD. mei Io. Paul. Lanc. & Fran. Cantut. in supra citatis locis cum sim. & probatur in §. illud, in prin. in auth de appell. & in t. quę temp. cum concor. collectis per Andr. Tiraquel. in tract. de Iur. primog. in præfat. num. 187. cum seqq. & in tract. de vtroque retract. Tit. 1. §. 9. gl. 2. nu. 5 r.

& Antiqui non solum sunt eximię autoritatis pp ef-
12 fectum temporis decursi, sed etiam quia uere† erant
Doctissimi. nam ipsi usi sunt bonis libris, cum tantũ-
modo uiderent textus, & Glosas, uel textus solum, &
sic omnia in fonte. hodie uero cum sit tanta copia li-
brorum, ut labori parcatur, datur opera libris facili-
mis, in quorum lectura nihil adiicitur. Vnde quem-
admodũ x bonis cibis fit bona digestio, ita ex bonis
libris fit optima ĩtelligẽtia. cuius rei hẽmus insigne
exemplum Alciati, quem ferunt, per septennium non
13 uidisse nisi Glosam, & Bart. & istorum Doctrina† ma-
gis apparet, quam scientia modernorum, nam non of-
fuscatur per linguas detractorum quo minus in lucẽ
exeat, cum enim antiqui sint mortui, eorum excellẽ-
tia non parit æmulis inuidiam, qua nunquam desi-
nunt inuehi contra eximios viros uiuentes, secus ue-
ro in mortuis, nam inuidia inter pares locum habet,
ex quo multi uituperantur uiuentes, qui laudantur
mortui; & istæ sunt rationes eximii D. mei Io. Paul.
Lanc. pulchrius, & urgentius ab eo inductæ quam à
me fuerint relatę. Et hinc est, ꝙ opinio Antiquorũ
14 † præfertur opi. moder. ut post Guil. Hosti. Io. And.
& alios cõcludit Paris de Put. ĩ trac. de sind. in verb.
iudicare, c. 3. incip. an si iudex, qui dedit) n. 7. in fi. &
seq. & n. 12. post prin. Rom. in l. si uero §. de viro col.
42. n. 303. ff. sol. ma. Purpu. in l. si idem cum e. §. fi. n.
13. ff. de iurisd. om. iud. Alc. in d. præsum. 45. n. 1. & 3.
cum concord. Quod probatur iuribus, & ratione. &
primo iuribus in c. relatum circa med. uersic. & ideo)
37. dist. in capi. dño sancto, propè fin. uer. in fine autẽ
huius epistolæ) 50 distinct. & in can. hoc ipsum, cir-
ca med. uersi. in fine autem) 33. q. 2. cum simil. Ratio-
ne demum probatur, qm̃ ex eo, ꝙ opinio antiquorũ
fuit uisa semel ac pluries, & à posterioribus diutius
rnminata, steteritq; ad supplicium impugnationum
eorundem tanquam aurum in fornace, urgens, & cla-

ra elicitur coniectura, ut uera bona, & æqua sit, & meritò preferenda. Id tñ locum habet quoties sumus in
15 dubio, secus † verò, qñ constaret, opinionem Recentiorũ esse ueriorem, puta ex melioribus rationibus. Ita Io. ab Ana. in c. tua nos, col. 3. in prin. sub. nu. 4. extra de usur. Rom. in d. § de uiro, col. 42. n. 301. Purpur. in d. §. fin. nu. 13. & Neuiz. ubi supra num. 8. post princ. uer. sed qñ Doctorũ) & est de mente omnium, & probatur expresse in l. quisque, uersic. Caius Cassius) ff. de in ius uoc. in l. potioris. ff. de offi. rect. prouin. in l. 3. §. si quis quasi C. de condi. cau. dat. cum simil. & ratio est in promptu. nam opinio Antiquorũ prefertur pp præsumptioné ueritatis, quam hét pro se, sed in claris, prout sumus in casu nostro, in quo pp meliores rationes opin. Moder. apparet uera, seu uerior, cessat præsumptio. Meritò &c. Et huc spectat
16 illud Antiquos† nõ potuisse omnia uidere, iux. not. per Glos. magnam in c. de spiritu, in uerb. ex Deo patre) de consecra. distinc. 5. item & illud à Iunioribus
17 † oém doctrinã in dies perfici, & alia sexcenta pronunciata & exépla quæ econtra antiquos congerit Neuiz. d. n. 8. cum seqq. Nam quoties dicimus, Antiquum maioris autoritatis, & præferendũ Moderno,
18 intelligimus qñ † cõtrarium ex maiori doctrina, & probitate moderni, uel alia quacunq; causa non cõstat, & sic quando sumus in dubio quo casu iure optimo debetur ista præeminentia ipsi Antiquitati quæ semper in iure nostro maxima fuit in veneratione, vt patet in d. §. illud, in auth. de appel. & int. q tẽpo. &c. & alibi passim. Immo adeo æstimatur, ut nomine an
19 tiquitatis † illud honestetur, quod potius, & uenerabilius est l. postliminium §. filius quoque, & ibi no. Aegi. Perot. & Guil. Bud. ff de capt. & postlim. And. Tiraq. in d. tract. de iure primog. in præfat. num. 86. Vnde nõ tm̃ ægre ferre dét Neuiz. ibidem, si aliquid in dubio anti quitati deferatur, quando Moder-

 nis

nis minime aufertur, quod suum est, in casu, quo ipsi reperiuntur antiquis prestantiores; Et hæc omnia generaliter, & uere procedunt. Sed ad specialiora descendendo, ardua & egregia cadit dubitatio, nempe, Quod modernis æquiparetur antiquus in autoritate? Et quidem neminem reperi, qui difficultatẽ hanc in specie tangat, sed solum Neu. z. post nonnullos, quos allegat in d. silu. nup. lib. 5. num. 4. in fi. asserit
20 Antiquum † propter Autoritatem æquiparari saltẽ multitudini modernorum, immo quod peius est, nulla uidetur posse fieri in hac difficultate rationabilis, & concludens determinatio, adeo ut in mera o-
21 pinione reposita sit, & ideo eius resolutionem † relinquemus arbitrio ipsius iudicis, qui, prout iustius & æquius opinatus fuerit, obseruabit. Ipse autem, non quod aliquid seruandum proponere uelim, sed ut excitem potius sub lime ingenium, & rectum iudiciũ aliorum, quid super hac re sentiam non silebo. Pro huius igitur nodi dissolutione, & faciliori cognitio
22 ne, imprimis tres gradus doctorum † constituo, primus sit Antiquorum, secundus Mediorum, tertius Modernorum. Medios autem appello, qui sunt inter
23 antiquos, & modernos: Qui uero † antiqui, medij, & moderni doc. dicantur, constituendum est ex quantitate temporis decursi à primo Glossat. post compilationem iuris ciu. usq; in hæc tempora. igitur ab Ir-
24 nerio, qui fuit † primus iuris glossator, & lucerna iuris nuncupatus, ut tradit Odoff. in l. ius ciu. post prin. uersi: signori D. Irner.) ff. de iust. & iur. quem refert, & sequitur Caccia. in tract. de mo. istud. in 5. dotu. post prin. uersicu. quod si omnino uolueris) & ex aliis tradunt Alcia. li. 1. dispu. c. 23. & Franc. Hoton. in suo com. uerb. iur. in uersi. Irnerius) & qui floruit Bonon. anno salutis. 1080. ut tradit Hoton. ibi. usq; in diẽ hunc decursi sunt anni 490. vel circiter. Qui numerus æqualiter tripartitus est ann. 160. vel circi

ter

ter. itaque antiqui dicentur omnes doct. qui floruerunt vsque ad annum salutis. 1240. & isti erunt ante Dyn. de Mux. qui floruit circa an. 1300. secundum Hot. in d. communem. in uer. Dynus; Medij doc. erũt omnes, qui floruerũt ab an. 1240. vsque ad an. 1400. & in isto gradu includentur omnes incipiendo à Dyno, & ante vsque ad Paulum de Castro, qui floruit, circa illud tempus, licet decesserit Anno 1437. secundum Hotom. ubi supra in uerb. Paulus Castren.) & tandem Moderni dicentur omnes florentes ab anno 1400. uel circiter vsq; in hodiernum diem, & in isto gradu comprehendentur omnes à Paulo infra & hic calculus deseruiet vsque in hodierna tempora. Alii postea aliud etiam super hac re sentẽties ex propria voluntate calculum renouabunt. Modo ad rem ipsã

25 accedendo opinarer, antiquum † ęquiparari tribus modernis, & duobus mediis. Medium uerò doctoré æquiparari duobus Modernis, & sic isti erunt Medii re, & nomine, nam uincuntur ab Antiquis & uincũt modernos numero unius. Hæc opinio in totum probata erit, si probabimus primum membrum, uidelicet antiquum æquiparari tribus modernis, nam reliqua membra per se probata erunt solo ordine istius telę. Adductus igitur fui ad hanc opinionem firmandam ex tribus potissimum. Primo quia omne Trinũ est perfectum, ergo, cum non habeamus determinatum numerum, ad perfectum debemus recurrere; Secundo, quia licet Antiqui maximæ sint Autoritatis, non tamen adeo aliorum autoritatem excedere debent, quin tres simul Moderni vnum Antiquum in autoritate adæquare ualeant, cum nec Hercules cõtra duos. Vltimo quia Neuiz. ex aliorum intentione asseuerat, Antiquum ęquiparari multitudini Modernorum, At uerb. (Multitudo, seu Multum) absque dubio uerificatur in Tribus, cum etiam duo dicantur multa §. fi. cũ simil. Inst. de iur. person. quinimo

Cortonæ

Cortonę patrię meæ per uerb. (Multa) quod vulgo
26 dicimus(parecchi)ex propria fere vi illius verbi† in
telligimus de tribus seu numerum trium volumus
significare. Merito &c.ex quibus, cum meliora non
haberem fui motus ad †ita tenendũ. Ista autem oĩa
27 † moderanda sunt, quoties essemus in doctoribus vl
timis primi gradus & primis tertii gradus, nã singu
li ultimi Antiqui non facient numerũ trium primo
rum Modernorum, sed solum tales antiqui æquipa-
rãtur duobus modernis. Itẽ econtra ualde antiquus
28 † non faciet numerum, & autoritatem trium tantũ
nouissimorum Modernorum, sed quatuor, vel citra,
quia pro antiquissimo maior, pro nouissimo uero
minor est præsumptio, & autoritas. Præterea nõ pro
29 cederẽt supradicta, quoties essemus † in Doctoribus
ultimis primi, vel secundi gradus, & in doctoribus
primis secundi, vel tertii gradus. nam singuli docto
res Gradus anterioris nõ æquiparantur duobus gra
dus inferioris, sed solum vltimi Antiqui, vel Medii
præferẽtur primis Mediis, vel modernis existente nu
mero pari. si uero maior sit Numerus Doct. gradus
inferioris nulla erit prælatio, nisi ista maioritas es-
set valde ingens; Item econtra, si simus in ualde an
tiquis, uel primis secundi gradus, & in ultimis; Me-
30 diis, uel Modernis, nam tunc† antiquus faciet nume
rum trium Mediorum, Medius vero trium Nouissi-
morum, & ultra, & sic de singulis, nam prout erunt
antiquiores plures uincent, & prout Recentiores à
paucioribus uincẽt, qđ vnusquisq; ꝑ se †in facto col
ligere poterit. Et hæc sufficiãt, quo ad primũ Casũ.

CASVS II.

IN secundo casu, de effectu uidelicet tẽporis quo
opinio firmatur, concludendum est, maxime interes
se quo tempore doc. opin. suam constituerit, nam si
31 in senectute aliquid asseuerat, opinio† in eo firmata
præfertur

preferetur sententiæ iuuenis,ut tenet gl.in §.lęsos,in ver.graues,in auth.de quæst.Luc.de pen.in l.1. post prin.in verb.prior.C.de cons.li.12. Ias.in l.cũ quid, in 1.lect.n.11.& 2.in fi.nu.44.& seq.ff.si cer.pe.Cæpol.late in trac.de imper.mili.elig.in prin. Ale.ĩ d. reg.1.præsum.45.nu.4.in fi.& post alios D. Lanc.in
32 d.sua disp.circa med.& ratio est,quia doc.senex† est multo maioris autoritatis, quã iuuenis,ut iurib.& autoritatib.late cõprobãt Tiraq.in d.trac. de iur.pri mog.in pfa.nu.105.Chass.in cõm. ad cõsue. Burg.in proœ.in uer.ordõne quæ six de noz cõseilliers) n.3. Por.Imo.in d.cõs.70. nu.1.cum seqq.& est de mente
33 omniũ,& id tũ quia doctor senex†est magis peritus ut asserunt Imol.in c.alia uero cã num.3. de renunt. Grám.in dec.1.orta lite,& cõtrouersia) num.8.Por. Imol.ubi sup.& alii passim cũ senex habeat ea, quæ sunt iuuenum propria dum.n.iuuenis ipse extit,& p spicacia & ingenii acumine, & memoria apprime abundauit,& præter iuuenes hẽt maturitatẽ usum.& experientia quibus, quod in iuuẽtute apprehendit, melius concoxit & digessit,quoniam ut inquit Cic. in suo Lel.& refert Por.Im.in d.cons.70.n.3.cõsilio & scientia non orbari, sed augeri solet senectus & legitur Ecclesi.c.25.quam speciosum caniciei indiciũ quam speciosa ueteranis sapientia,& gloria illorum timor Dei c.fina.84.distinct. Et hinc est,quòd consi
34 lium Senis propter maturitatem † sanius esse dicitur c.ex multa §.1.in fi.ext de uot.& tradunt Ias.in d. l.cũ quid,in 2.lec.nu 44.Chassan.ibid. Io.Igneus in l.3.§.ignoscitur,n.9.ff.ad sylla.Iul.Ferret.in trac.de medel cõseruand.exercit.sub n.12.Por.Imo. d. n.3. & seq.cum concord.Tum etiã quia, cum Autoritas sit opinio,senex propter longius tempus in hoc studio cõsumptum multo maiorẽ potuit concitare de se opinionem,quam iuuenis,qui in tam breui tempore nec multis, nec multam Doctrinam, & probitatem

bitatem ostendere potuit. Ista, & multò plura, quę passim leguntur in fauorem senum, habent locum,
35 quoties† senex studuit in iuuentute secus alias, nam cum desinit fundamentum, totum corrui necesse est,
36 leges enim† debent addisci in iuuentute, & per totũ uitæ tempus, eorum usus continuandus est arg. l. vni & no. ibi per gl. in uerb. per omnem C. de athlet. lib. 10. pluribus ostendunt Caccialup. in tract. de mod. stud. in 4. documen. & Catel. Cott. in suis Memoral.
37 in uerb. leges debent) per tot. Itẽ hæc omnia† procedunt in dubio, secus quando constaret contrarium, nempe opinionem iuuenis melioribus rationibus innixam esse, quæ præfertur sententiæ senis. ut concludit Galiaul. in rep. l. Gallus in §. item credendũ, col. 2. nu. 8. ff. de lib. & posth. quod facile esse pôt, nã Deus sæpe reuelat paruulis, quod sapientibus est absconditum, ut post alios refert Fran. Balb. in trac. de præscrip. in proœm. n. 5. uel constaret de maiori sciẽtia iuuenis, vel alio modo appareret maior autoritas iuuenis: Et huc spectant, quæ tam late, & copiose cõtra senes pro iuuenibus inducit Neuiz. in d. sil. nup. lib. 5. n. 5. cum seq. & Luci. Paul Rosell. in d. repert. ad cõmen. Fran Areti. ĩ verb. Doct. & alii passim nam locum habent, quoties de melioribus rõnibus, vel maiori iuuenum doctrina apparet. in dubio vero plurimum senectuti deferimus; quæ semper venerabilis fuit apud Romanos l. semper. ff. de iur. immu. & late testatum reliquit Cice. in suo Lelio, cũ late congestis per Port. Imo. in d. consi. 70. in princ. Neq; id
38 ægre ferre debent iuuenes† cũ nullum eis afferat præiudicium, nõ n. iuuenum peritiæ ac doctrinæ aliqd detrahitur, sed potius vtilitatem cũ iuuenis bene, & docte aliquid firmans cõmendetur, & minus recte, & cõpte tradita ab eo ꝑꝑ ætatẽ excusent, qđ nec indecens, aut turpe iis esse dicitur, vt cæteris omissis habemus exẽplũ in Mariano iuniore, qui, cũ in cõs. 3 5 4

quatenus

quatenus dubitatur) col. pen. n. 16. lib. 1, responderit, consuetudinem Martini in l. dos à patre C. sol. mat procedere etiam in dote promissa nondum soluta, & demum in cons. 124. non est dubium) col. 2. & seq. n. 17. cum pluribus seqq. lib. 3. contrariũ responderet consuetudinẽ videlicet prædictam non habere locũ in Dote nondũ soluta, non erubuit dicere in d. cons. 124. nu. 22. se in priore consilio lapsum esse propter iuuentutẽ, & in altero effectũ iã senẽm rectius sensisse. Illud tñ prætermittendũ non est, ꝙ tradita supra ĩ fauorẽ senũ possent pluribus modis coarctari, quos ponunt passim Doct. in illa q. An, & quãdo senex debeat præcedere Iuniorem, in quibus me remitto ad copiose congesta per Pet. Duen. in tra. regu. in regu. 208. Doctor antiquior par. 1.

INSPECTIO II.

CVM Ius nostrũ uersetur præcipue circa moderationem, & coactionẽ hoĩum humanorũ actuum intra certos limites, & actus isti plures admodũ sint, iusti, ac iniusti scientia plerunq; percipiatur usu, & experientia, non est dubiũ cũ, qui pluriũ cognitionem consecutus est, maiorem scientiam, & doctrinã præse
39 ferre, vñ doctor †cuius scripta sunt frequentiora magis peritus, & doctus arguetur. nã qui plura scripsit, multo plura uidisse supponitur. unde cum una res declaret aliã, is absque dubio perfectã doctrinam adeptus censebitur. preterea cum scribendi munus longissimum tempus exposcat, qui plura conscripsit, ostendit se fuisse apprime assiduum in studiis assiduitas
40 ueiõ† ingenia ẽt grossa reddit acuta, & efficacissima ad omnem capacitatem intellectus, ut inquit Bal. in præfat. communem, ad Decretal. prope fi. sub nu. 3. versi: aliquando tamen ingenia grossa) cum aliis collectis per Neuiz. in d. sil. nup. lib. 5. nu. 44. itaque do
41 ctor plura scribẽs† maximæ erit autoritatis, ut concludit

cludit Alc.in d.tract.præsumpt.reg.1.præsumpt.51. in fi.præsertim quia, cũ in pluribus scriptis cõplures casus decisi reperiantur, quotidie & à multis, ac variis personis talia scripta uisa,& relecta erũt, ex quo nomen istius immortale,& eternum facile redditur, quod non accidit in eo, qui aut nulla, aut perpauca edidit scripta. nam cum raro videnda occurrant, & adsint aliorum frequentiora de eo, aut nulla, aut parua opinio concitatur, & hanc credo potissimam esse rationem, ꝙ Accursius † adeo insignis & excelsæ fue
42 rit Autoritatis. cum enim totum corpus ciuile interpretatus sit, quis dubitat, quin ipsæ questiones,& dubia ex mente iuris rationabilius, ac facilius decidere potuerit,& ingentem de se expectationem concitauerit? Quæ tamen intelligenda sunt dummodo scripta non sint pleraque improbata, vel modicã doctrinam præseferant. Et aduertendum est, ꝙ plura conscribere † ẽt is dicitur qui plene pertractat materiã
43 patricularẽ, vnde in ea talis doctor maxime dicetur esse autoritatis, quia de ea valde peritus censebitur per supradicta, ex quo fatendum est in materia pignorum maxime esse auturitatis Ant. Negus. in materia reuocationis donationis per susceptionem liberorum And. Tiraq.& sic de singulis.

INSPECTIO III.

AGERE, quod à nemine reprehendi possit sapientis esse, nemo dubitat. itaque doctor, cuius scri
44 pta sunt approbatiora, maioris autoritatis † esse dicetur, ut uoluit Alc.in d.trac.præsum.reg.1.pſum.51 ĩ fi.& clarissimũ est. nã quoties uidemus dicta vnius doctoris a ceteris approbata, non possumus aliter conijcere, nisi ꝙ ipsa ueritate nitãtur, cũ.n. hoies natura fere ad contradicẽdũ proni nascantur, si dictis aliorũ acquiescant,& approbent, necesse est, ꝙ insit in iis species aliqua pulchri cuius, desiderio animi

hominum

hoīum ad secū conformandū alliciantur, idq; in cognitione,& scientia veritatis versari fatendū est. Ex quo sequitur, ꝙ Inn. Bar.& alii plures quorū opiniones plerq; approbatæ sunt eximiæ sint autoritatis, & ecōtra Martinus,& alii simil. modicę, vel nullius, ex quo eorum pleraque dicta reprobata fuere.

INSPECTIO IIII.

TRIA necessaria sunt ad faciendū vnuiuscuisq; artis peritū artificē, Ingeniū, Rō artis,& exercitatio, ut ex aliis tradit Aut. Gallesi. li. 1. de exercit. Jurisp.
45 n. 3. exercitatio † vero cū sine rōne, & ingenio fieri nequeat, arguit singularē doctrinā eius, qui ī aliqua scientia se exercet. nā oē artificium cōtinua exercitatione recipit incremētum l. legatis §. ornatricibus ff. de leg. 3. tradit Maria. Soc. in c. si diligēti, in prin. n. 2.& ibi Addē. sequūtur ex. de for. cōpet. latius Math.
46 Gribal. de Method. stud. li. 1. c. 12. Vn̄ sapiē ia† filia usus,& memorię dicitur. nā qui sapiēs rerum humanarum esse velit nō libris solis, neq; disciplinis, sed oportere eum uersari quoq; exerceriq; in rebus cominus noscēdis,& periclitandis, eaq; oīa acta,& cuēta firmiter meminisse, & proinde sapere ex his quæ pericula ipsa rerum docuerunt, nō quæ libri tm̄, aut magistri per quasdā inanitates verborum, & imaginum tanq̄ in mimo. aut insonnio delectauerint, ita hęc omnia ex Afranio poeta tradit Aul. gell. lib. 14. Noct. atic. c. 8.& refert Ant. galles. ibid. n. 2. ex q̄bus possumus cōcludere doc. legētes, aduocātes, vel alio
47 mō in legali Philosophia se exercētes † maximæ esse autoritatis,& multo maioris q̄ ociosi, vel domestico priuatoq; tm̄ studio cōtēti, & hoc tum q̄a sunt peritiores ꝑ s̄dicta, & alia plura nō minori doctrina, q̄ elegātia tradita ab īsigni Ant. gal. ī toto illo opere, ꝙ inscripsit, de exercita. iurisp. & hn̄t naturale iudiciū, q̄situ ex assidua cōicatione opinionū cū scholaribus iudicibus,

iudicibus, & causarum patronis per quid scientia iã apprehensa vsui hominum adaptatur. Econtra verò, priuato, proprioq; studio operam nauantes, & parũ in libros incumbunt ex quo parum sciunt. nam, cum bonarum artiũ & præsertim legalis apprehensio apprimè sit laboriosa si stimulus aliquis honoris, uel lucri non impellit, facile à studio auertimur: Et si student, parum proficiunt, cum studium illud carens collatione quasi mortuum, & inutile sit, Tum etiam quia se exercens scientiam suam hominibus patefacit, eorumque opinionem captat, sed priuato studio se oblectans, licet ueluti alter Bal. omnia sciret, nihilq; penitus ignoraret, tamen nullius esset autoritatis, cum eius peritia lateat, vnde nulla oritur præsumptio, qua allecti homines, eum imitatione dignum opinentur.

INSPECTIO V.

SCRIPTORVM ordo, & claritas in omnibus, præcipue tamen in Iure maxime desideratur, cõfusio uero & obscuritas penitus respuitur, vt latè deducit Neuiz. in d. sil. nup. lib. 1. in prin. nu. 9. & seqq.
48 Vnde Doctor ordinatus, & clarus † censebitur magis peritus, obscurus autem, & difficilis, indoctus, & ignarus, nam vt ex Iaso. Tradit Neuiz. in d. sil. nupt. lib. 5. nu. 38. in fin. signum bene intelligentis est, scire benè docere, nec mirum, quoniã qui tractat argumentum aliquod confuse, & obscure, aut nihil, aut inutiliter scit, neque enim discendo aliquid prę̄stat,
49 cum ex ordine † disciplina facilius percipiatur, & retineatur l. 2. in princip. ff. de orig. iur. §. sed cum nos, in proæ. ff. & tradit post Cardi. Alex. Cagn. in rub. C. de eden. sub nu. 2. uersic. & quia ordo) cum traditis à Nico. Euerad. in suis loc. legal. in loc. ab ordine; neq; practicos iuuat, cum nedum dicta doctorum, sed etiã leges obscuræ ad decisioné causarũ adduci nequeant,

ut per

vt per Neuiz. post alios ibidem n. 34. Quod comprobatur ex eo, nam ordo, & claritas emanat à iudicio naturali, quod in assequenda, & vtenda iurisprudentia principem sibi locum obtinet, & econtra cõfusio, & obscuritas ab eiusdẽ iudicij defectu proficiscitur. Quamobrem doctores, quorum scripta, & clara, &
50 ordinata sunt, maximæ erunt † Autoritatis, & maioris q̃ is qui obscurè, & confusé scripsit, quod iuuatur ex eo, quia scripta clara à pluribus, & libentius legũtur, obscura vero perpauci legunt, & pauciores intelligũt, ex quo fit, vt Doctor Clarus continuo volitet per ora virorum, obscurus vero silentio inuoluatur, & per consequens ille in gẽtem, hic nullam de se opinionem concitet.

INSPECTIO. VI.

SI arbor mala bonos fructus producere nequit, & effectus sunt similes suæ causæ, possumus firmiter cõcludere, Doctorẽ habentem bonos, & peritos schola
51 res, & magnas causas, defendentem † excellentẽ præsumi, & peritũ, vt tradit Bar. in auth. de defens. ciuit. in prin. col. 1. n. 4. quem refert & sequitur Cagnol. in
52 procem. ff. in §. fi. n. 293. Nã scholares cum † credere debeant suo Præceptori iux. illud, discentem oportet credere, & alia quæ adducit Caccia. de mod. stud. in 3. docu. Et præceptor indoctus nã possit facere bonum, & doctum scholarẽ, vt inquit gl. fi. in fi. in l. nullus, & ibi Bald. C. de decur. lib. 10. refert, & sequitur Ias. in l. qui in aliena §. interdum, in vlt. not. sub nu. 19. uersi. nec doctum facit) ff. de acq. hære. idem sequitur Neuiz. in d. sil. nup. li. 5. n. 46. si iurisprudentiam nacti sunt, à Præceptore discerpsisse, omnino fatendum est, & causæ magni momenti sola doctrina, & diligentia patroni defenduntur; Ex quo Præceptor
53 est particeps gloriæ sui scholaris, cũ † nobilitetur p̃ eum d. §. fi. in proœ. ff. ubi post alios no. hoc ibi Cag.

in 2.not.num.292.tradit gl.in §. generaliter autem in uerb.& nobiliores,in aut.constitu. quæ de digni. nam scholaris doctus prætcrquam q; scientiam habuisse à Præceptoris excellentia significat,in alio ẽt nobilitat præceptorem defendendo uidelicet eius sententias,ut tenetur facere,arg.l.dicere.ff.de arbit. Eodem modo magni clientes experientia ipsa aduocati sui doctrinam vsque ad cœlum extollunt. Itaq; doctor habens bonos scholares,& causas magnas de
54 fendens † dicitur esse maximæ autoritatis, cum ex hoc apprime doctus censeatnr, nomenque eius vndi
55 que clarum vagetur: Quod sane esse deberet † stimulus doctoribus ad hortandum scholares ad studiũ & pro eisdem & clientibus ualde laborandum, nam & officio suo funguntur,& sibimet autoritatem comparant,ad quam pariendam effectus iste est potens & efficax.

INSPECTIO VII.

LECTOR excell.iure optimo magnum auditorum numerum acquirit, & aduocatus peritus maximam habet clientulorum copiam: Qui igitur ha-
56 bet plures scholares,& causas, is † dicetur peritior, Primo,quia cum scholares cupiant discere,& clientes litem vincere, cumque plura discantur a peritiori,nemo enim dat,quod non habet item causæ facilius,& melius a doct. excell.defenduntur, si scholares, & clientes unum eligant, oritur concludens pręsumptio ut is doctior censeatur. Pręterea , quia doctor habens multos scholares , & causas,licet ab initio non sit admodum peritus,tamen temporis tractu doctissimus efficitur,quia & libentius, & frequẽ
57 tius laborat.unde doctor ille † maioris autoritatis esse diceẽ,præsertim cũ per plures latius fama diuulgetur,& maior oriatur opinio . Hæc tamẽ conclusio
58 limitatur,ut non procedat,quando scholares † non

sponte

ſponte, ſed prece, uel precio Doctorem aliquem au diunt, ut faciunt quidam Doc. diuitiis potius, quam doctrina abundantes, nam cum groſſi, & ſubrudens exiſtant, ſcholares uino, & pecuniis obcecare conan tur, qui a Doctis humani, a uulgo uero dum ſunt in progreſſu, periti appellantur. Poſtremo non proce-
59 cedit d. concluſio † inter doctores ius diuerſo modo profitentes, nam ſi Doctor legens habet maximũ numerum ſcholarium, non dicetur peritior Doctore non legente, ſed aduocante, neque econtra Aduocatus plurimis cauſis patrocinans dicetur peritior Doctore legente, nam alter interpretando, alter aduocando excellit, & tamen ambo poſſunt eſſe ſapientes, & forte peritiores, non tamen ratione maioris numeri ſcholarium vel cauſarum.

INSPECTIO III.

Cum præmium ſecundum labores, & merita vnicuique perſoluatur, mirum uideri non debet, quod Doct. habens magnum ſalarium legendo, & maxi-
60 ma præmia conſulendo, maximam præſeferat † ſciẽtiam & doctrinam nam prælatio inter Doctores arguit maiorem doctrinam & ſcientiam in eo, qui ꝑfertur, ſed Doctor habens maius ſalarium, & præ-
61 mium debet † præferri; vt poſt Bal. tradit Alex. in l. 2. in §. prius, col. 2. ſub nu. 10. uerſi. & tradit Bald.) ff. de uulg. & pupil. Merito &c. Præterea arguendo a contrariis, ſeu oppoſitis, iux. l. & ſi contra in fin. ff. de uulg. & pup. cum ſimil. Quemadmodum pœna
62 † debet cum delicto commenſurari, & ex maioritate pœnæ arguitur maioritas delicti l. ſecunda. & ibi Io. de Imol. & alii ff. de pub. Iud. cap. non afferamus. & ibi Gloſſ. fina. Archi. & cęteri 34. q. prima. tradit Bartolus in l. lenia, circa princip. ff. de accuſ.

Doc. in c. at si clerici, ex. de Iudic. & est communis, & regularis theorica, ut testatur Soc. in cons. 157. præsens consultatio) col. 2. n. 5. lib. 2. Ita econtra ex qualitate, & maioritate præmij argui debet qualitas, & maioritas meritorum; Idq; maximè procedit in Ad-
63 uocatis, qui † parum curantes de his, quæ non faciũt bursam hydropicam, ut dicebat Io. de blanas. in tit. Instit. de act. in materia Actio. de pecul. in final. verbis, quoties magnum recipiunt prẹmium, maiorem adhibent diligentiam, & efficiuntur doctiores, ex quibus facienda est conclusio, Doctorem habentem ma-
64 iora stipendia tum legendo, tum aduocando † esse maioris autoritatis. Vnde adhuc remanet celebre nomen Iasonis, Decij, Marian. Iun. & aliorum ꝑ maxima stipendia, quæ tàm legendo, quàm consulendo
65 receperunt. Hæc tamen omnia sunt intelligenda † inter Doctores eodem modo Ius profitentes, secus vero in aliis. nam si Interpres aliquis haberet maximũ salariũ non diceretur peritior Doctore non legente, neque econtra. nam potest esse, ꝙ vtriq; æquè vel magis docti sint alijs respectibus. Item non procedit d.
67 conclusio † quando quis fauore, uel gratia consecutus fuerit magnum salarium. tunc enim non argueret magnam seu maiorem doctrinã, cum eius ratio non habeatur in concedendo salarium, & id sæpius contingit in Doct. Interpretantibus, qui propter aliquod beneficium in superiores collatum condonantur maioritate salarii.

INSPECTIO IX.

ET si optimus sit portus pœnitenti mutare cõsiliũ, sapientis tamen proprium est, nihil facere, quod pœnitentia infectũ reddi debeat, ut verè dixit excel. conciuis meus D. Benedic. Bon. lib. 1. de Censib. art. 99. in princ. Quamobrẽ Doctor constans, in suis opi-
68 nionibus † uerè doctus, & in legali scientia uersatus apparet.

apparet.cum.n.humanum ſit errare,& per conſequẽs ſibimet contradicere,quia erranti neceſſe eſt ſe corrigere c.qualiter & quando ubi poſt alios not. Maria. num.3.de accuſat.qui nihil agit,quod pœnitentiam inducat, quaſi humanam fragilitatem ſuperauerit ad cumulum perfectæ Iuris prudentiæ aſcendiſſe merito dici poterit; & econtra Doctor, qui ſolitus eſt
69 contrarius,& uarius eſſe,parum †peritus cenſebitur nam qui unum dicit,quod mox ipſemet reprehendi indicat ſe parum ſcire,& minus ſciturum,cum etiam negligentiam oſtendat, quę in Iure eſt malum omnium atrociſſimum. nam augumentum doctrinæ nõ ſolum impedit,ſed iam partam ſcientiam minuit ac penitus deſtruit. Quinimo contrarietas in Doctore
70 †arguit(quod omnium eſt peſſimum) malignitatẽ & nequitiam quandamcum errare,& falſum diceret ſit malum,licet ſe corrigere,optimi, & ſapientis eſſe dicatur,quæ ſuſpicio præcipue locum habet,quãdo quis ſibi contradicit conſulendo, nam propter occaſionem illam affectionis,vel precii facile ſubo-
71 ritur ſuſpicio fraudis.Et variatio iſta † eo magis reprehenditur,quo eſt crebior,nam maior oritur inſcitiæ & malignitatis præſumptio,& iſta crebritas conſideratur ſecundum quantitatem ſcriptorum. nam, ſi exempli gratia, Lancell. Politus in ſuo Tracta. ſubſt. bis contrarius extitiſſet, Baldus vero in omnibus locis,in quibus materiam ſubſtitutionum pertractauit, quater uariauerit, quoniam longe pluribus materia iſta pertractata fuit a Baldo, quam a Polito, cum ſolum conſulendo Baldus in ea ſuper lucratus fuerit quindecim mille ſcuta, ut poſt alios refert Paul. Leon. in ſuo tracta. ſubſtit. in princip. dicemus crebriorem fuiſſe uariationem Politi, quã Baldi, habito reſpectu ad quantitatem ſcriptorum, & ſic de ſingulis. Ex quibus indubitata facienda eſt concluſio, quod doctor conſtans in ſuis opinioni-

72 bus maximæ, seu maioris † sit autoritatis: contrarius uero, & uarius parum autoritatis habeat, ut concludit Ari. Pinel. in auth. nisi tricennali sub nume. 58. post med. vers. cũ aũt. Alex. & Soc.] C. de bo. mat. qđ. verissimũ est, cum desit utrumq; requisitum autoritatis, doctrina uidelicet & probitas, & hoc maximè procedit in casu, in quo contrarius extitit.

INSPECTIO X. & VLT.

ADSVNT & alii plures effectus, ex quibus ad qualemqualẽ doctrinæ, & probitatis cognitionem perueniri posset. Verum quia res in infinitum iret, et ex supra relatis alii percipi possunt, idcirco supra dictorum relatione contentus fui. Pro expeditione igitur præsentis tituli restat videre, qui effectus ex supra relatis sint efficaciores, & maiorem arguãt doctrinam & bonitatem, quod quidem arbitrio ipsius iudicis relinquendum est, qui consideratis omnibus qualitatibus Doctorum poterit decernere, qui effectus maiorem vel minorem præseferat doctrinam. Ipse uero nonnulla in medium afferam ad maiorem huius inspectionis facilitatem, & imprimis est aduertendum, quòd horum effectum aliqui veram, aliqui præsumptam præseferunt scientiam. vnde qui veram ostendunt, multo maiorem arguere credendum est. Quamobrem ad singulos descendendo, existimarem
73 scripta approbatiora † præseferre maiorem doctrinam omnibus aliis effectibus, nã huius approbationis ratio alia esse nequit, nisi ꝙ talia scripta contineant veritatem quæ à perfecta iuris prudentia proficiscitur, & ex hoc Accursius, Innocentius, Bartol. & alii simi. sunt adeo insignis autoritatis, quia pleraq. eorum dicta pro lege seruantur, immo Hispania omnia dicta Bar. licet ab aliis reprobata, tãquam leges seruantur, ut testatur Lanf. Corrad. in libro de prætor. §. 2. in tit. de sent. sub num. 24. in 7. limit. & id decreto

creto Regio iubente ut testatur Caccialup. de mod. stud. in 5. docum. in fi. quē referunt, & approbant Gozad. in consi. 39. (prima facie uidetur) col. 3. nu. 15. & Bernard. Alfa. in Collecta. iur. ciuil. ad l. 1. in fi. ff. de off. quæst. Secundo loco cogitarem scriptorum multi
74 tudinem, & copiam † maiorem operari effectum in ostendendo doctrinam, nam & ex istis uera apparet scribentis peritia, cum saltem ex iis summa diligentia, & assiduitas arguatur, quæ eximiam producunt doctrinam. Tertio loco crederem exercitationem, &
75 usum maiorem † autoritatem tribuere, nam non est dubium, quòd ex diuturno usu, & exercitatione solidā doctrina arguatur, & hæc forte est præcipua ratio autoritatis Specul. nam eius scripta continent merā praxim, quæ usu, & experiētia percipitur. In reliquis effectibus, qui præsumptam potius, quàm ueram sciētiam præseferunt, temporis effectus est potentior.
76 Vnde absque dubio antiquior, & senex † maioris sunt autoritatis, temporis enim longitudo omnia caduca, & fragilia diluit, & stabilia, ac firma conseruat, & iste effectus tēporis est adeo ingens, ut hodie principem locum inter omnes habere uideatur, & antiquitas in doctore magnum operatur effectum. In reliquis non potest certa constitui differentia. Sed si plures effectus apparent in uno, quàm in alio, eius autoritas augumentum recipiet, utputa in Glosa, in qua concurrunt antiquitas, scripta plura, & approbatiora, & alii, in Bartolo, & simil. nam isti erunt maioris autoritatis, quàm alii, qui habent effectum antiquitatis tantum, uel simil. Quæ singula Iudex accuratè considerabit.

Qui Doctores faciant Opinionem, & Numerum in Communi Opinione.

TITVLVS VI.

Summa Notabilium.

1 DOCTORES omnes in eo, quod firmant faciunt opinionem, & numerum in communi opinione.
2 Doctorem aliquid firmãtem non disputando nõ facere opinionem, & numerum. Contrarium nu. 6. Resolutio n. 10. cum seqq.
3 Doctor errans in obiter dictis excusatur, & quomodo.
4 Veritatẽ in oĩbus principalẽ locũ habere, et seruãdã esse.
5 Veritas est mater iustitię.
7 Opinionem facere consistit in sola voluntate Doctoris.
8 Actus non vitiatur ex defectu eorum, quæ in ea apponuntur ad bene esse.
9 Officio suo fungi quisque præsumitur. Decla. ibidem.
15 Opinio Doctoris corruit sublato fundamento.
18 Doctorem contrarium non facere opinionem. Contrarium nu. seq. & pręcipue nu. 20. 35. & 43.
19 Doctori in lectura, tractu, & simil. licet variare.
21 Doctori in consilijs non licere variare. Immo debet cauere vt ab igne. nu. 22. Contrarium num. 23. conclusio num. 30. 31. & seq.
24 Mutare consilium in melius laudabile, Immo necessariũ. & num. 25.
26 Opinio hominum non est semper eadem.
27 Nouæ meditationes quotidie in nobis generantur.
28 Mutare sententiam in consilijs nemini immediatum pręiudicium afferre.
29 Doctor diuersis temporibus sententiam mutans, non dicitur sibi contrariari.

32 Vox

32 *Vox vulgi non habetur in consideratione, Decl.*
34 *Doctor non potest in eadem causa pro vtraque parte consulere, Immo est infamis, & quomodo nu. 35. Contrariũ nu. 36. Resolutio 40. 41. & seq.*
37 *Aduocati parti impedire non debent.*
38 *Doctor potest cogi consulere pro Iustitia.*
39 *Aduocatus iniustam causam defendens peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem.*
42 *Non omne, quod licet, honestum est.*
44 *Opinio Doctoris contrarij firmata in lectura præfertur firmatę in consi. Contrarium n. 54. nu. seq. Ampl. num. 58. Fal. 3. modis n. 59. 60. & 61.*
45 *Opinio verior est amplectenda.*
46 *Lectores non tantum ueritati, quam nouitati studere.*
47 *Doctores cõsulẽtes corrũpi facile posse precio, uel precib.*
48 *Non solũ fraude, sed ẽt fraudis suspicione carere dẽmu.*
49 *Bonus in dubio unusquisque præsumitur.*
50 *Aduocatus potest esse illiteratus. Contrarium nu. 51.*
52 *In consilijs licet adducere doctrinas reprobatas.*
53 *Aduocatus fouẽs iustã cãm põt decip ere aduersarium.*
55 *Opinio illa attendenda, quæ maiori diligentia firmatur.*
56 *Opinio legẽdo firmata cõtinet ĩcertã iuris determinationẽ*
57 *Opinio ea Doct. varij tenenda est, quę uere apparet ab eo approbata.*
62 *Opinio doct. varij in consilio firmata videtur pręferenda retenta in tractatu. Contrarium, num. 64. Fall. 3. modis nu. 65. 66. & 67.*
63 *Tractatus, & eorum Autores laudantur.*
68 *Opinio doct. uarij in consilio firmata pręfertur sententię sing. Addit. uel simil.*
69 *Opinio doct. uarij firmata in tractatu pręfertur retentę legendo.*
70 *Opinio doct. uarij tenenda ne sit firmata legendo, an firmata in sing. Add. uel sim.*
71 *Opin. doct. varij retenta in lectura pręfertur firmatæ in Add. ad memorandum.*

Doctores

109 Doctores aliquid firmantes quandoq; allegant autorem, qui illud non dicit, & iste si mouetur sola autoritate illius non facit opi.num. 110. secus alias; nu. 111.

112 Dispositio fundata duabus rationibus altera sublata non corruit.

113 Doctores opinionem negatiuam generalem approbantes, facere numerum pro limitatione opinionis affirmatiuæ, Contrarium num. 115.

114 Generalis disp. includit omnes casus, licet maior ratio sit in vno, quam in alio.

116 Doctores subscribentes simpliciter alterius Consi. non facere opinionem, & numerum in Communi. Contrarium num. 117. Fall. nu. 120.

118 Doctor subscribens censetur approbare oīa contēta in cōs.

119 Doctor siguans solummodo alterius consi. suo sigillo, dicitur illud approbare.

121 Licentiatus solum non facit numerum in Communi. contrarium num. 122.

123 Proxime doctorandus habetur pro doctorato.

124 Licentiatus in fauorabilibus habetur pro doctore.

125 Licentiati retinet dignitates Ecclesiasticas vt doctores.

126 Scholaris simplex non facit numerum pro communi. contrarium. nu. 123. Conclus. nu. 130.

128 Opinio periti, licet non doctoris attenditur in Medicina.

129 Scholaris aliquid scribens est, & præsumitur peritus.

131 Doctoratus Laurea non consideratur, vbi ratio solius doctrinæ habetur. Et scolaris peritus debet præcedere doctorem ignorantem.

132 Doctor per solam attestationem de Comm. opinione, si sit extra propositam materiam non censetur illam approbare, secus si sit de proposita materia. nu. 133.

134 Iurisconsultus formans q. & non resoluens censetur decidere, prout proponit.

135 Doctor proponens q. & non resoluens, neutram partem dicitur approbare.

136 Doctor dicens opin. veriorem, & æquiorem innuit, quòd contraria

contraria seruatur in praxi. Contrarium nu. 137. Conciliatio. nu. 138. facit tamen opinionem pro ea parte, quã dicis veriorem, & equiorem. nu. 139.

140 *Dicta doctorum intelligenda secundum leges allegatas, & doctor facit opin. nu. 141.*

142 *Doctor firmans opinionem, & postea dicens, se contrariũ vidisse seruari, recedit ab opinione firmata, Contrarium num. 143.*

144 *Corrigere se in continenti nemo presumitur.*

145 *Doct. scribẽs super aliqua l. si omitit aliqua ab antiquioribus ibi tradita, in ijs censetur transire cum aliorũ opi. contrarium. 146.*

147 *Doctor patronus alicuius causae in ea nõ facit numerum in constituenda communi. Intel. vt nu. 150.*

148 *Aduocatus dicitur Aduersarius noster, qui contra nos aduocat.*

149 *Aduocatus in sua causa non potest in ea Iudex esse.*

150 *Aduocando contra eum, cum quo est facta pax, aliquando pax rumpitur.*

151 *Aduocatos plures, & excellentiores habere maxime partium interesse.*

152 *Doctor in consilio inserto in Consi. alterius, & non repetitum inter propria consilio, tanquam suspectus non facit numerum in commun. Distinguitur. num. 153.*

154 *Autor incertus alicuius operis facit numerum in communi, sed eius autoritas modica erit, num. 155.*

156 *Doctor aliquid asserens in Indice, seu Tabula quod non reperiatur in opere, an faciat opinionem & numerum in communi distinguitur.*

157 *Doctor defendens vnam opin. in genere, si postea subdat, & ista sententia saltem procedit in tali casu, non dicitur recedere ab opin. generali.*

ABSOLVTA difficultate. Qui Doctores, sint maioris & minoris autoritatis. Mõ vidẽdum est, an omnes Doctores, & qui faciant opinionem,

opinionem, & numerum in cõi opinione. & in hac
1 dubitatione firma facienda est conclusio, oẽs † Doc. in eo, quod dicunt, & firmant, opinionem, & numerũ in cõi facere, & hoc est ex intentione omniũ scribẽ. & verissimum. nam constituere opinionem consistit in sola volũtate doctoris, sed Doctor aliquid dicẽs illud velle, & sentire censetur, cum nemo dicat, quod non velit, vt patet ad sensum, & probatur clare in l. labeo ff. de suppellect. legat. ergo &c. & id est indubitatum in se. Verũ qa aliquid dicere, vel firmare pluribus modis quis potest, vnde sæpius dubitare contingat, an opinio firmata sit, iõ, vt omniũ vera habeatur resolutio, plures adhibendæ sunt inspectiones.

INSPECTIO I.

PRIMO loco inspiciendum est, An doctores disputando solũmodo sñiam aliq̃ firmantes, vel etiam quid simpliciter, & perfunctorie dicentes opinionẽ faciant, & numerũ in cõi? Et in hac difficultate duæ sunt Doctorum opiniones, quarum prima est, vt Do
1 ctor † non faciat opinionem nisi in eo, quod disputãdo firmauit. & huius sententiæ auriga fuit Abb. in c. bona il 2. col. fi. prope fi. n. 30. ver. (sed mihi plus placet) de postul. prælat. Fulgos. in cons. 101. præsupposito statuto] col. 3. circa med. sub n. 3. ver. (nãq; vt notabiliter inquit) Laur. Calcan in consi. 29. & prius p me] col. 3. in fi. nu. 9. circa prin. uersi. nec obstant allegata] Ias. in consi. 151. contra consultationem quam superioribus] colum. 3. in fin. versi. dicitur etiam per Dominum motiuantem] libr. 4. Neuiz. in sua Silu. nupt. libr. 5. sub nume. 29. Alciat. in tract. præsump. regu. 1. præsump. 51. numero. 4. & libr. 4. parerg. cap. 17. per tot. Marian. Iun in consil. 1. præsentis consultationis resolutio] colum. fin. numero. 143. & in consil. 119. uiso testamento] nume. 30.

lib.

lib.1.& consi.42.abunde satis]num.25.lib.2.Hypol. Rimi. in l.vt vim,num.398.ff.de iust.& iur.Beneuenut.strach.in tract.de sponsion.in 4.par.§. quæro igitur facta num.6.& nouissime hoc idem approbat subtilissi.& elegantiss.D.meus Franc.Cantutius in suo quodam pleno,& pulchro resp.incip.donationem factam,circa med.versi.ex prædictis apparet]& hęc est communis opinio,vt ex numero, & autoritate istorum clare apparet.Mouentur autem isti ad hanc opinionem tenendam ex pluribus.Et primo ex l.fi.in §. mista.ff.de muner.& honor.vbi I.C. sequitur opinionem Modestini,quia eā disputando tenuit. Hic tex. contrarium sustinendo facile summouetur, Tū quia tex.non dicit,solas opiniones disputantium esse attendendas,sed solmm innuit disputantium sniam esse seruandam,& forte præferendam opinioni simpliciter firmatæ,quod non negatur; Tum etiam quia I. C.ibi non se fundat in eo,quod Modestinus disputādo ita tenuerit,sed ex eo,qđ bene,& optima rōne decreuerit,ut ibi clare constat.Secundo mouentur isti, nam si uerum esset,Doctores perfunctorie aliquid asserentes facere,opinionem, sequeretur,qđ complures manifesto errore arguerentur, cum multa obiter dicantur, quæ omnino sunt falsa. At consequens nō est dicendum ,cum hoc casu † excusentur tanquā ea
3 simpliciter,& incidenter protulerint. Ergo &c. Hæc quoque ratio iudicio meo non concludit, nam licet forte uerum sit;doctorem perfunctorie aliquid falsū asserentem excusationem recipere, tñ id procedit ad minuendam,non uero ad euitandam pœnam,qm̄ mitius cū eo agetur,cum minor culpa appareat,adeo ꝙ etiam obiter quid asserēs dicitur errare, licet leuius. Tertio , & vlt.nititur supradicta opinio ex eo quia veritas † in omnibus principalem locum habere dēc
4 c.quæritur.2.q.7.cū adductis p̄ Neuiz.ubi supra nu. 112.& inuiolabiliter est seruanda secundū Gl.in c.2.
in

in ver.multitudo ex.de temp. ordin. quam refert, & sequitur Cum.in consi.139.hoc maximè in prin.]n.
5 1.veritas.n. † est mater iustitiæ, vt inquit Bal.in l.libertini.ff.de sta.hom. Corne. consi.197. licet in hac consultatione]in fi.sub nu.4.lib. 4. At doctor dispu tãdo veritatem inuenire dicitur,ut tradit Bar. in d. §.mista.nu.1.& sequuntur alii passim. Merito dispu tando dicetur facere opinionē. Sed nec ista rō subsi stit, nam verum est, opinionē disputando firmatam ueram, vel magis verã dici posse, nō tñ ex hoc sequi tur,q̄ dicta simpliciter,& obiter a doct.non debeant haberi in cōsideratione ita ut doctor non faciat opi. nam incidenter dicta si non ita verba dici poterunt 3
tñ nec falsa penitus,sed forte minus uerisimilia censebuntur.Ex quibus apparet,opinionem istam communem nulla niti lege,vel ratione, cui probabiliter responderi non possit.

Quamobrem superiori contraria est opinio, ut ēt Doctor aliquid perfunctorie, & obiter asserens faciat
6 † opinionem & numerum in Communi, & hanc amplexi sunt nonnulli tacito nomine relati ab Alc. in d.lib.4.parerg.c.17. circa prin.hanc eandem sententiam approbat expresse Socc. in consi.73.capiendo primum consultationis] nume. 15.& consi. 84. visa conuentione facta] n.2. propè fi. li.4.Hierony. Butri. inter consi. ult. uol.diuersor.in consi.154.copiose, subtiliter]m.40.lib.1. hoc idem sentit Dom. meus Thobias Noni. in.§.posthumorum sub nu.11. uer. & ita uoluit hic]Isti.de exhered.lib.& ita credo seruari,nam uidemus tã in lecturis, repetitionibus, & tractatibus,quam etiam in consiliis passim, & sæpissime allegari autoritates in eo,qđ dictum est obi 4
ter,& perfunctorie.Potest aũt istorum opinio iuuari
7 ex infrascriptis.Primo quia opiuionē † facere consistit in sola volũtate doctoris,q,si vult hoc, vel illud licet falsum in eo opinionē constituit, qđ verissimũ

est

est ut etiam supradiximus. At Doctor, licet simpliciter aliquid dicens id velle censetur dicta l. labeo. ff. de supel. legat. Merito, &c. Huic rationi contrarium sustinentes possumus respondere, negando cõsequentiam. nam licet uerum sit, quod facere opinionem consistat in sola uoluntate Doctoris, & q verba deseruiant intentioni, tamen non sequitur, Doctorem simpliciter quid asserētem facere opinionem, quę constituitur ex uoluntate enixa, & expressa, quæ non apparet ex simplici aliqua assertione. Secundo igitur fulciri potest opinio ista, nam ea quę fiunt ad bene, vel melius esse alicuius actus, si
8 ab sint non uitiant † actum ipsum, probatur hoc exẽplo emptionis, & uenditionis, qui perfectus dicitur, statim atque de precio conuentum est, ut in princip. institut. eodem. & tamen ad bene esse ipsius conficitur publicum instrumentum, quod si desit, non uitiatur contractus emptionis; At disputatio fit ad bene esse ipsius opinionis, ut probetur diligentia adhibita in perquirende veritate, non uero est de substantia eius quæ sola uoluntate doctoris perficitur. Ergo &c. Huic rationi resp. negando minorem, nam disputatio ad ostendendam enixam voluntatem est necessaria, & de substantia opinionis. Tertio, & ult. potest comprobari hæc sententia. nã dato, quod disputatio sit de substantia opinionis, tamen quando doctor sententiam aliquam simpliciter refert, præsumitur adhibuisse disputationem, licet eam non apposuerit., nam doctor, qui veritatem dicere profitetur, nihil inconsiderate dicere cẽ
9 setur cum vnusquisque præsumatur † functus officio suo, iux. late tradita per Alcia. in d. tract. præsump. regu. 3. fere per tot. Et comprobatur exemplo sententiæ iudicis, in qua simplex decisio ponitur, & tamen præsumitur interuenisse diligentissima disquisitio, per quam iudex ad ita pronunciandum sit adductus.

ductus. Hanc quoq; rationem euitare possumus negādo, q̧ præsumatur adhibita disputatio, nā præsumptio Alc. procedit in pręsumendo aliquid hoc uel alio modo factū, nō vero aliquid factū, uel non factū esse, vt exēpla ibi per Alc. posita apertè demonstrāt, nā facta non p̄sumunt iux. l. in bello §. facta, cū uulg. ff. de c. & postlim. reuer. vñ nō procedit in proposito, nā adhibitā, uel nō adhibitā esse disputationē, est facti, tā quo ad reuolutionē librorū, q̄ quo ad cogitationē, & animi reuolutionē, iux. l. bonæ fidei §. pen. ff. de acq. rer. do: Item quod diximus de sñia iudicis nihil obst. quia id est speciale in iudice, qui non præsumitur pronunciasse absq; causę cognitione c. abbate, de verb. sig. tradit Alc. in d. reg. 3. præsump. 9. nu. 4. cum sim. Et sic apparet, quòd in hac. q. vtraque opinio disputādo impugnari pōt. Quid dicēdū? Equidē tres casus distinguendos esse censeo, quorum: 1

10 Primus est, qñ † sumus in doctoribus, qui non sūt soliti disputare, ut est gl. & alii doct. antiqui itē isti cōiuni op. collectores, qui faciunt additiones, & sim. qui aut nunq̄, aut raro disputant, & in hoc casu concluderē pro opinione Soc. q̧ ēt non disputantes doctorès faciant opi. & numerū in cōi, nā isti simplici assertione ostendunt enixam uoluntatem, aliás sequeretur quòd nunquam facerent opinionem, quòd est absurdissimū. Fallē. tñ hæc conclusio, qñ prædicti doctores † aliquid dicerent non ad disponendū, sed solū ad iudicandū, ut puta, qñ dñt, sed de hac re videas doct. in hoc, uel illo loco, quia tunc cessat voluntas.

11

12 Secundus casus est, quando sumus † in Doctoribus, qui semper disputant, ut sunt interpretes in lecturis, & alii huius generis, & tunc credo sententiā Abb. & cōem uerissimam, ut doctor faciat opinionē, & numerum in communi solum quando disputát, uel examinat; & ratio est quia cum illi Docto. semper omnia disputando resoluant, si quid simplici

F ter,

ter, & perfunctoriè proferunt illud approbare non censentur, sed potius ad ornatum appoſuiſſe, arguendo à cõſueto eorum more, iux. l. ſi quis donaturus. ff.
13 de uſuf. cum ſimil. Hæc concluſio Fall. qñ † conſtat, talẽ Doc. approbare id, quod obiter dixit, ut quia dicat, & id uerũ puto uel placet, uel aliis ſimil. uerbis vtatur enixã voluntatẽ ſignificantibus, quia tunc, &
14 in iis faciet opinionẽ. Fall. 2. qñ † in eo, quod abſq; diſputatione aſſerit fundatur reſolutio, & deciſio qõnis, & quo ſublato deciſio ipſa corrueret, quia dicitur facere & in eo opinionem. & ratio eſt, qm qui vult conſequens, vult etiam omne neceſſarium antecedens ad illud l. ad rem mobilẽ, cum vulg. ff. de procur. At id, in quo fundatur reſolutio q. eſt neceſſariũ
15 antecedens, quia ſublato fundamento † corruit Doctoris opinio, vt tradit Cur. in conſ. 56. ſuper eo, qđ ab ordine] colu. 4. circa med. verſ. tertia concluſio] &
16 eſt de mente omniũ, Merito &c. Fal. 3. qñ. id † quod obiter traditur pro claro habebatur, quia, nunquam de eo antea dubitatum fuerit, ut ſunt multa pronunciata Bar. & aliorum, quia tunc Doctor facit opinionem, quia in dubio non cenſetur velle recedere ab eo, de quo nunquam fuit dubitatum. Tertius caſus,
17 qñ † loquimur de doctoribus, qui quandoq; diſputant, quandoq; non, vt ſunt multi Repetentes Iuniores, Conſulentes, Tractatus conficientes, & ſimil. & in hoc caſu ita diſtinguerem, Aut abſque diſputatione aliquid firmant de quo principaliter pertractant, & tunc concluderem, facere opinionem, ratio eſt q̃a licet de eo non diſputent, ex quo tñ materiam illam pertractant, cenſentur omnia conſideratè proferre, & ita omnino uelle, ac ſentire; Aut de eo principaliter non agunt ſed illud eſt extra principalem materiam, & tunc dicerem, non facere opinionem, & ſic habere locum communem opin. & ratio eſt, quia multa dicũtur ad vbertatem, & ornamentum potius, quã

ad necessitatem materiæ, vnde cum talis doct. aliud principaliter agat, si quid simpliciter, ex materia pro ferat non præsumitur adhibita diligentia tradidisse, & consequenter illud ucrè sensisse. Hæc tamen con clusio intelligenda est, ut sup. in 2. casu.

INSPECTIO II.

SAEPIVS dubitare cōtingit. Nunquid docto res uarii, & contrarii faciant opi. & nu. in cōi? In hac q. Fran. Zoannet. in rep. l. ut vim, in 1. par. sub n. 106. vers. nec obst. si obijceres] ff. de iust. & iur. indistinctè
18 vult, q talis doctor † non præstet autoritatem, & sic non faciat opi. Cæterum pro huius difficultatis ex planatione sciendum est, resolutionem istius dubita tionis pendere à decisione alterius controuersiæ, An liceat doctori uariare? In qua plures Autoritates cō gerit Aplis. & eximius Car. Alb. in lectur. ad Bar. in l. serui electione in prin. n. 2. ff. de leg. 1 [illegible] igi primo examinabimus, & postea in utraq; cōcludemus. Pro huius igi q. terminatione duo sūt assumēdi casus.
19 Primus casus est & hic clarus, [illegible] in lectu ris, tractatibus, singularibus, [illegible], & alijs actibus simil. in quibus non [illegible] præiudiciū ter tii, & propriæ Animæ, & in hoc concludendum est, li cere doctoribus variare, & sententiam mutare, nam vnusquisque pōt mutare [illegible] sine alterius in iuria, vt à contrario sensu [illegible] text. in l. nemo potest mutare, & ibi [illegible] ff. de reg. iu.
20 & hoc casu doct. licet uarii, & contrarii † faciunt opi. & numerum in cōi, quia [illegible] opinionē tenēs, quā postea reperit falsam, debet mutare, arg. auth. de nupt. in princ. c. magnæ, ex. de uot. & [illegible], & qn. ubi id post alios not. [illegible] in c. si diligēti, n. 2. de for. compe. [illegible] est, [illegible] cere opin. quia aliàs mutatio [illegible] esset, q nō est dicendum.

ter, & perfunctoriè proferunt illud approbare non censentur, sed potius ad ornatum apposuisse, arguen do à cõsueto eorum more, iux. l. si quis donaturus. ff.
13 de usuf. cum simil. Hæc conclusio Fall. qñ † constat, talé Doc. approbare id, quod obiter dixit, ut quia di cat, & id uerũ puto uel placet, uel aliis simil. uerbis vtatur enixã voluntaté significantibus, quia tunc, &
14 in iis faciet opinioné. Fall. 2. qñ † in eo, quod absq; disputatione asserit fundatur resolutio, & decisio qõ nis, & quo sublato decisio ipsa corrueret, quia dici citur facere & in eo opinionem. & ratio est, qm qui vult consequens, vult etiam omne necessarium ante cedens ad illud l. ad rem mobilé, cum vulg. ff. de pro cur. At id, in quo fundatur resolutio q. est necessariũ
15 antecedens, quia sublato fundamento † corruit Do ctoris opinio, vt tradit Cur. in cons. 56. super eo, qđ ab ordine] colu. 4. circa med. vers. tertia conclusio] &
16 est de mente omniũ, Merito &c. Fal. 3. qñ. id † quod obiter traditur pro claro habebatur, quia, nunquam de eo antea dubitatum fuerit, ut sunt multa pronun ciata Bar. & aliorum, quia tunc Doctor facit opinio nem, quia in dubio non censetur velle recedere ab eo, de quo nunquam fuit dubitatum. Tertius casus,
17 qñ † loquimur de doctoribus, qui quandoq; dispu tant, quandoq; non, vt sunt multi Repetentes Iunio res, Consulentes, Tractatus conficientes, & simil. & in hoc casu ita distinguerem, Aut absque disputatio ne aliquid firmant de quo principaliter pertractant, & tunc concluderem, facere opinionem, ratio est q̃a licet de eo non disputent, ex quo tñ materiam illam pertractant, censentur omnia considerate proferre, & ita omnino uelle, ac sentire; Aut de eo principali ter non agunt sed illud est extra principalem mate riam, & tunc dicerem, non facere opinionem, & sic ha bere locum communem opin. & ratio est, quia mul ta dicũtur ad vbertatem, & ornamentum potius, quã

ad

ad necessitatem materiæ, vnde cum talis doct. aliud principaliter agat, si quid simpliciter, ex materia pro ferat non præsumitur adhibita diligentia tradidisse, & consequenter illud uerè sensisse. Hæc tamen con clusio intelligenda est, ut sup. in 2. casu.

INSPECTIO II.

SAEPIVS dubitare cōtingit, Nunquid docto res uarii, & contrarii faciant opi. & nu. in cōi? In hac q. Fran. Zoannet. in rep. l. ut vim, in 1. par. sub n. 106. vers. nec obst. si obijceres] ff. de iust. & iur. indistinctè
18 vult, q; talis doctor † non præstet autoritatem, & sic non faciat opi. Cæterum pro huius difficultatis explanatione sciendum est, resolutionem istius dubitationis pendere à decisione alterius controuersię, An liceat doctori uariare? In qua plures Autoritates cō gerit Aplis. & eximius Car. Alb. in lucubr. ad Bar. in l. serui electiòne in prin. n. 2. ff. de leg. 1. hāc igr̄ prius examinabimus, & postea in utraq; cōcludemus. Pro huius igr̄ q. terminatione duo sūt distinguēdi casus.
19 Primus casus est & hic clarus, qñ † sumus in lectu ris, tractatibus, singularibus, additionibus, & aliis actibus simil. in quibus non uersatur præiudiciū tertii, & propriæ Animæ, & in hoc concludendum est, li cere doctoribus variare, & sententiam mutare, nam vnusquisque pōt mutare sñiam suam sine alterius in iuria, vt à contrario sensu probat expresè text. in l. nemo potest mutare, & ibi tradunt doc. ff. de reg. iu.
20 & hoc casu doct. licet uarii, & cōtrarii † faciunt opi. & numerum in cōi, quia quis vnam opinionē tenēs, quā postea reperit falsam, debeat mutare, arg. auth. de nupt. in princ. c. magnæ, ex. de uot. & c. qualiter, & qñ. ubi id post alios not. Mari. ex. de accus. idē Mari. in c. si diligēti, n. 2. de for. compe. dicendum est, eū fa cere opin. quia aliàs mutatio frustratoria esset, q; nō est dicendum.

Secundus Casus est, quando sumus in Consiliis, in quibus adest præiudicium tertii, & animę, & ideo diligẽtius debemus insistere, & in hoc casu duæ sunt Doct. opiniones, quarum prima est, ut Doctor in cõ
21 siliis † non possit mutare opinionem, & sic variare, & pro hanc sententia adducitur Abb. in c. extirpandæ in §. qui uero, in rep. ex. de præb. quem locum ipse non potui reperire: hoc idẽ in effectu vult Soc. in cons. 5. suprascriptus insignis doct.] n. 19. in fi. lib. 4. & alii. Pro istorum opi. faciunt ista; Imprimis reg. d. l. nemo põt mutare, & reg. mutare consilium, de reg. iur. in 6. Nam doctor consulens in uno casu pro parte affirmatiua si in alio casu consulàt pro negatiua, & istud consilium publicetur, plurimum nocebit ei, pro quo prius affirmatiuè fuit responsum, nam abstulit autoritatem, qua tuebatur ab expensis, ut tradit Corn. cons. 148. in præsenti cõsultatione præsup posita] col. fi. nu. 30. lib. 2. & qua sperabat litem uincere, & etiam in aliis præiudicium affert. Secundo, & vltimo facit pro ista opinione, nam Doctor debet
22 † cauere, ut ab igne à mutatione opi. in cõsiliis, quia ob malignitatem linguarum non trahitur ad bonam fidem, sed potius in falsitatem, ita tradit Ang. in l. labeo, in fi. ff. de serui. rust. prædi. quem referunt, & sequuntur Dec. in d. l. nemo potest mutare, sub num. 1. propè fin. uers. cauendum est:] & ibi Adden. & Cagn. n. 8. ff. de reg. iur. Pet. de Moncad. in addit. ad Crott. in tract. de testib. in 7. par. in verb. unum credere] nu. 210. cum aliis per eos adductis, At quod honestum non est licere, aut posse non debet, Ergo &c.

23 Contrariam sententiam, quòd liceat Doctori † ẽt in consiliis uariare, & opinionem mutare, tenent Doct. côiter, ita nanq; voluit Io. And. in add. ad specu. in tit. de requis. consi. uersi. porrò auditis] sub nu. 11. in uerb. similia, in Add. incipi. occurrit hic] per tot. Bal. in l. fin. §. sed cum in secundam, in fin. sub nu. 6.

& ibi Adden.C.de furt. Ang. in d.l.labeo, propè fin. ff.de seruit.rust.præd. Roman.in l.1.§. qui præsens, colum.fin.num.10.ff.de uerbo.oblig. Andr. de Iser. in Comment.ad Const.regu.lib.1. titu. 32. in uerb. præiudicium, copiosè Ias.in l.ex toto. §. si ita legatum,col.fin.versicu.quarto adde]num.27.& seqq. ff. de leg.1.Bologni.in repe.auth.habita,no.153.C.ne fil.pro pat.Dec.in d.l.nemo potest mutare,sub num. 1.& ibi latè Cagnol.num.4.& seqq.Gabri. Saray. in Annot. ad Matthesil. in singu. 158. nota,quod si pater]num.2. Pet. de Moncad.ubi supra nume.209.in fin. cum latissimè congestis per Pomat. in addit. ad Barto.in l.si parte,sub nu.2.C. de instit. & substitut. & Chassan.in Commen.ad consuetu. Burgund. rub. 4.§.23.in verb.de le terme,nume.3.& seqq.& est receptissima opinio. vt per se patet. Probatur autem ex pluribus, Imprimis nam quando in aliquo est er-

24 ratum non solum non est, sed reputatur † laudabile mutare sententiam, & sic variare, iuxt. illud Salamonis, sapientis est mutare consilium l. non nunquam,in princi.& ibi glos.1.ff.de collat.bonorum.c. non debet,in princip.de consang.& affinit.cum collectis per Ias.in l.si ex toto §. ita legatum,num. 29. ff.de leg.1.Cagn.in d.l.nemo potest mutare, nume. 5.& tradit etiam Iacob. Aemil.in consilio 130. magnifice, ac iustissime]columna prima.nume. quarto. Secundo, quia mutare consilium in melius non so-

25 lum est laudabile,sed etiam † necessarium,ut tradit Maria.in cap.si diligenti,nume.2.de for.competen. & supra diximus, & clare deducitur, quoniam uo-

26 luntas,& opinio † hominnm non est semper eadem l.qui bona §.si quis stipulaturus,in fin.& ibi Glo.fi. & cæteri ff.de dam.infecti.Bal.consi.89.D. Thomas asinarius]colu.2.post princip.sub.no.5.uersi.opinio autem]lib.1.Gomes in comment. ad regu. cancella. in reg.de anna.poss. q. 67. versiculo tamen istis non

obst.]in fi. Nicol. Moron.in tract.de fid. treg. & pac.
27 par.2.q.12.n.37.& 39. sed quotidie † nouæ meditationes, & phantasmata in nobis generantur, ut tradit Bal.in l.1.sub n.5. vers. sed hodie C. de his qui ant. aper.tab.And.Barb.in c.nisi specialis,col.14.nu.45. de off.de leg.Gomes.in § omniũ,col.antep. sub nu. 29.inst.de act.Cur.in l.admouendi,col.52.in fi. sub nu.225.vers.34.fallit]ff.de iureiu. Chassa.ubi supra n.4.& 5.Ias.in d.l.si ita legatum nu.27.in fin.& alii passim, unde cum illud sæpe debeamus consulendo, quod uerius opinamur ad uariandum,& opinionem mutandam compellimur.Tertio comprobatur sentẽ
28 tia ista.Nam mutare † opinionẽ in consiliis uerè nemini præiudiciũ affert.vnde hoc casu regu.d.l.nemo potest mutare,non solum non est contra istam opin. sed pro ea, si quidem regula illa habet locum in præiudicio,& iniuria certa, & imediata secus in mediata,prout est illa,quæ oritur ex mutatione consilii ipsius doct.& ita in specie eam limitãt Dec.ibi sub n.1. & alii. Quarto,& vlt.quia doctor diuersis temporibus mutans opinionem,cum id efficiatur tractu temporis generantis in diem nouas hominum phanta-
29 sias non dicitur † sibi contrarius, & uarius. ita dixit Bal.in l.de tutela,col.2.sub nu.4.in princip. uersi.& hoc facit C.de in integ.rest.minor. quem refert,& sequitur Gomes.in d.§.omniũ, sub nu.29. circa princ. uers.imo fortius]inst.de actio.Ergo si non contrariatur põt uariare,& sniam ẽt in cõsiliis mutare. Et hęc sũt,q̃ magis vñr vrgere ꝑ vtraq; pte. Quid dicendũ.

Equidem in hac difficultate exemplo summi Pontificis in c.magnæ §.1.extra de uot.ita concluderem, Aut consideramus an doctori in consiliis liceat va-
30 riare secundum iuris dispositionẽ, & tunc † opinionem cõem verissimam credo, vt liceat uariare, & sententiam mutare per supradicta, & etiam quia, cum uariatio ista non reperiatur prohibita, tenetur quis

errorem suum emendare d.c.qualiter, & quando, & ibi Maria.& alii de accus.cum sim.Limitat hoc Car. Alb.in lucubr.ad Bart.in d.l.serui electione in prin. sub n.2.in fin.ff.de leg.1.ut non procedat nisi semel, quia variatio permissa intelligitur de prima uice l. siquis iusiurandū C.de reb.cred.& post Bald.& alios tradit Ias.in l.quicquid astringendæ,col.fi.n.9.ff. de verb.obl.cum simi.Verum ista lim.mihi nullo modo satis facit.nam d.l.si quis iusiurandū,& d. Bal.& Ias. procedunt quando varians prima vice renunciauit ei,à quo semel discessit,ut expresse cauetur in d.l. siquis iusiurandum,si affirmatiue renunciat, sed sequitur negatiuā tanquam veriorem,vnde si iterum affirmatiuā sibi verior videatur, non debet prohiberi redire ad eam, quia Aduocatus tenetur ipsam ueritatē amplecti,ut post Bal.tradit Soc.in.cons.150.dñs labia &c?vt in quęst.]in princ.n.1.lib.1. idem sequitur Rol.à Vall.in cons.6.qm via]n.1.& seqq. & n. 8. &9.lib.1.cum sim.Aut consideramus, quod deceat,
31 ac honestum sit & quod fieri debeat,& tunc † diceré ueram esse sententiam,quod Doctor consulendo nō debeat variare, nam non potest euitari falsitatis suspicio ob linguarum malignitatem, vt inquit Ange. in d.l.labeo,in fi.Nec dicatur, malignitatem lingua
32 rum tanquam à vulgo emanatam † in consideratione habendam non esse l.decurionum.C.de pœ.c.2.& ibi Glo.1.ex.de elect.& in propriis terminiis ita tradit Corn.in consi.244 memini superioribus]in prī. lib.3. Qm̄ id uerum est,quo ad impediendum iuris dispositionem,quæ non debet impediri tumultu ipsius populi, secus verò si consideramus quod honestum est, ut nos loquimur, quia non solum fraude, sed & fraudis suspicione carere quis dēt. Et ideo à tali mutatione in consiliis cauendum est tanquā ab igne,ut docet Ang.ibidem. Si quis autem doctor va
33 riauerit consulendo,cum id iure possit,faciet.† opi-

contraria seruatur in praxi. Contrarium nu. 137. Conciliatio. nu. 138. facit tamen opinionem pro ea parte, quã dicit veriorem, & æquiorem. nu. 139.

140 *Dicta doctorum intelligenda secundum leges allegatas, & doctor facit opin. nu. 141.*

142 *Doctor firmans opinionem, & postea dicens, se contrariũ vidisse seruari, recedit ab opinione firmata, Contrarium num. 143.*

144 *Corrigere se in continenti nemo præsumitur.*

145 *Doct scribẽs super aliqua l. si omittit aliqua ab antiquioribus ibi tradita, in ijs censetur transire cum aliorũ opi. contrarium. 146.*

147 *Doctor patronus alicuius causæ in ea nõ facit numerum in constituenda communi. Intel. vt nu. 150.*

148 *Aduocatus dicitur Aduersarius noster, qui contra nos aduocat.*

149 *Aduocatus in sua causa non potest in ea Iudex esse.*

150 *Aduocando contra eum, cum quo est facta pax, aliquando pax rumpitur.*

151 *Aduocatos plures, & excellentiores habere maxime partium interesse.*

152 *Doctor in consilio inserto in Consi. alterius, & non repetitum inter propria consilio, tanquam suspectus non facit numerum in commun. Distinguitur. num. 153.*

154 *Autor incertus alicuius operis facit numerum in communi, sed eius autoritas modica erit, num. 155.*

156 *Doctor aliquid asserens in Indice, seu Tabula quod non reperiatur in opere, an faciat opinionem & numerum in communi distinguitur.*

157 *Doctor defendens vnam opin. in genere, si postea subdat, & ista sententia saltem procedit in tali casu, non dicitur recedere ab opin. generali.*

ABSOLVTA difficultate. Qui Doctores, sint maioris & minoris autoritatis. Mõ vidẽdum est, an omnes Doctores, & qui faciant opinionem,

opinionem, & numerum in cõi opinione. & in hac
2 dubitatione firma facienda eſt concluſio, oẽs † Doc. in eo, quod dicunt, & firmant, opinionem, & numerũ in cõi facere, & hoc eſt ex intentione omniũ ſcribẽ. & veriſſimum. nam conſtituere opinionem conſiſtit in ſola volũtate doctoris, ſed Doctor aliquid dicẽs illud velle, & ſentire cenſetur, cum nemo dicat, quod non velit, vt patet ad ſenſum, & probatur clare in l. labeo ff. de ſuppellect. legat. ergo &c. & id eſt indubi tatum in ſe. Verũ qa aliquid dicere, vel firmare pluri b. modis quis poteſt, vnde ſæpius dubitare contingat, an opinio firmata ſit, iõ, vt omniũ vera habeatur reſolutio, plures adhibendæ ſunt inſpectiones.

INSPECTIO I.

PRIMO loco inſpiciendum eſt, An doctores diſputando ſolũmodo ſnĩam aliq̃ firmantes, vel etiam quid ſimpliciter, & perfunctorie dicentes opinionẽ faciant, & numerũ in cõi? Et in hac difficultate duæ ſunt Doctorum opiniones, quarum prima eſt, vt Do
1 ctor † non faciat opinionem niſi in eo, quod diſputã do firmauit. & huius ſententiæ auriga fuit Abb. in c. bona il 2. col. fi. prope fi. n. 30. ver. (ſed mihi plus placet) de poſtul. prælat. Fulgoſ. in conſ. 101. præſuppoſito ſtatuto] col. 3. circa med. ſub n. 3. ver. (nãq; vt no tabiliter inquit) Laur. Calcan in conſi. 29. & prius p me] col. 3. in fi. nu. 9. circa prin. uerſi. nec obſtant alle gata] Iaſ. in conſi. 151. contra conſultationem quam ſuperioribus] colum. 3. in fin. verſi. dicitur etiam per Dominum motiuantem] libr. 4. Neuiz. in ſua Silu. nupt. libr. 5. ſub nume. 29. Alciat. in tract. præſump. regu. 1. præſump. 51. numero. 4. & libr. 4. parerg. cap. 17. per tot. Marian. Iun in conſil. 1. præſentis conſultationis reſolutio] colum. fin. numero. 143. & in conſil. 119. uiſo teſtamento] nume. 30. lib.

lib.1.& consi.42.abunde satis]num.25.lib.2.Hypol. Rimi.in l.vt vim,num.398.ff.de iust.& iur.Beneuenut.strach.in tract.de sponsion.in 4.par.§.quæro igitur facta num.6.& nouissime hoc idem approbat subtilissi.& elegantiss.D.meus Franc.Cantutius in suo quodam pleno,& pulchro resp.incip.donationem factam,circa med.versi.ex prædictis apparet]& hec est communis opinio,vt ex numero, & autoritate istorum clare apparet.Mouentur autem isti ad hanc opinionem tenendam ex pluribus.Et primo ex l.fi.in §. mista.ff.de muner.& honor.vbi I.C. sequitur opinionem Modestini,quia eā disputando tenuit. Hic tex. contrarium sustinendo facile summouetur, Tū quia tex.non dicit,solas opiniones disputantium esse attendendas,sed solmm innuit disputantium sñiam esse seruandam,& forte præferendam opinioni simpliciter firmatæ,quod non negatur; Tum etiam quia I.C.ibi non se fundat in eo,quod Modestinus disputādo ita tenuerit,sed ex eo,qđ bene,& optima rõne decreuerit,ut ibi clare constat.Secundo mouentur isti, nam si uerum esset,Doctores perfunctorie aliquid asserentes facere,opinionem, sequeretur,qđ complures manifesto errore arguerentur, cum multa obiter dicantur, quæ omnino sunt falsa. At consequens nõ est dicendum,cum hoc casu † excusentur tanquā ea
3 simpliciter,& incidenter protulerint. Ergo &c. Hæc quoque ratio iudicio meo non concludit, nam licet forte uerum sit;doctorem perfunctorie aliquid falsū asserentem excusationem recipere, tñ id procedit ad minuendam, non uero ad euitandam pœnam,qm̄ mitius cū eo agetur,cum minor culpa appareat,adeo q̄ etiam obiter quid asserēs dicitur errare, licet leuius. Tertio , & vlt.nititur supradicta opinio ex eo quia veritas † in omnibus principalem locum habere déc
4 c.quæritur.2.q.7.cū adductis p̄ Neuiz.ubi supra nu. 112.& inuiolabiliter est seruanda secundū Gl.in c.2.

in ver. multitudo ex. de temp. ordin. quam refert, & sequitur Cum. in consi. 139. hoc maximè in prin.] n. 1. veritas. n. † est mater iustitiæ, vt inquit Bal. in l. li
5 bertini. ff. de sta. hom. Corne. consi. 197. licet in hac consultatione] in fi. sub nu. 4. lib. 4. At doctor dispu tãdo veritatem inuenire dicitur, ut tradit Bar. in d. §. mista. nu. 1. & sequuntur alii passim. Merito dispu tando dicetur facere opinioné. Sed nec ista rõ subsi stit, nam verum est, opinioné disputando firmatam ueram, vel magis verã dici posse, nõ tñ ex hoc sequi tur, q̃ dicta simpliciter, & obiter à doct. non debeant haberi in cõsideratione ita ut doctor non faciat opi. nam incidenter dicta si non ita verba dici poterunt 3 tñ nec falsa penitus, sed forte minus uerisimilia censebuntur. Ex quibus apparet, opinionem istam communem nulla niti lege, vel ratione, cui probabiliter responderi non possit.

Quamobrem superiori contraria est opinio, ut ẽt Doctor aliquid perfunctorie, & obiter asserens fa-
6 ciat † opinionem & numerum in Communi, & hanc amplexi sunt nonnulli tacito nomine relati ab Alc. in d. lib. 4. parerg. c. 17. circa prin. hanc eandem sententiam approbat expresse Socc. in consi. 73. capiendo primum consultationis] nume. 15. & consi. 84. visa conuentione facta] n. 2. propè fi. li. 4. Hierony. Butri. inter consi. ult. uol. diuersor. in consi. 154. copiose, subtiliter] m. 40. lib. 1. hoc idem sentit Dom. meus Thobias Noni. in. §. posthumorum sub nu. 11. uer. & ita uoluit hic] Insti. de exhered. lib. & ita credo seruari, nam uidemus tã in lecturis, repetitionibus, & tractatibus, quam etiam in consiliis passim, & sæpissime allegari autoritates in eo, qđ dictum est obi ter, & perfunctorie. Potest aũt istorum opinio iuuari
7 ex infrascriptis. Primo quia opiuioné † facere consistit in sola volũtate doctoris, q, si vult hoc, vel illud licet falsum in eo opinioné constituit, qđ verissimũ

est ut etiam supradiximus. At Doctor, licet simpliciter aliquid dicens id velle censetur dicta l. labeo. ff. de supel. legat. Merito, &c. Huic rationi contrarium sustinentes possumus respondere, negando cõsequentiam. nam licet uerum sit, quod facere opinionem consistat in sola uoluntate Doctoris, & quod verba deseruiant intentioni, tamen non sequitur, Doctorem simpliciter quid asserẽtem facere opinionem, quę constituitur ex uoluntate enixa, & expressa, quæ non apparet ex simplici aliqua assertione. Secundo igitur fulciri potest opinio ista, nam ea quę fiunt ad bene, vel melius esse alicuius actus, si
8 ab sint non uitiant † actum ipsum, probatur hoc exẽplo emptionis, & uenditionis, qui perfectus dicitur, statim atque de precio conuentum est, ut in princip. institut. eodem. & tamen ad bene esse ipsius conficitur publicum instrumentum, quod si desit, non uitiatur contractus emptionis; At disputatio sit ad bene esse ipsius opinionis, ut probetur diligentia adhibita in perquirende veritate, non uero est de substantia eius quæ sola uoluntate doctoris perficitur. Ergo &c. Huic rationi resp. negando minorem, nam disputatio ad ostendendam enixam voluntatem est necessaria, & de substantia opinionis. Tertio, & ult. potest comprobari hæc sententia. nã dato, quod disputatio sit de substantia opinionis, tamen quando doctor sententiam aliquam simpliciter refert, præsumitur adhibuisse disputationem, licet eam non apposuerit., nam doctor, qui veritatem dicere profitetur, nihil inconsiderate dicere cẽ
9 setur cum vnusquisque præsumatur † functus officio suo, iux. late tr dita per Alcia. in d. tract. præsump. regu. 3. fere per tot. Et comprobatur exemplo sententiæ iudicis, in qua simplex decisio ponitur, & tamen præsumitur interuenisse diligentissima disquisitio, per quam iudex ad ita pronunciandum sit adductus.

ductus. Hanc quoq; rationem euitare possumus negãdo, q̃ præsumatur adhibita disputatio, nã præsumptio Alc. procedit in præsumendo aliquid hoc uel alio modo factũ, nõ vero aliquid factũ, uel non factũ esse, vt exẽpla ibi per Alc. posita apertè demonstrãt, nã facta non p̃sumunt̃ iux. l. in bello §. facta, cũ uulg. ff. de c. & postlim. reuer. vñ nõ procedit in proposito, nã adhibitã, uel nõ adhibitã esse disputationẽ, est facti, tã quo ad reuolutionẽ librorũ, q̃ quo ad cogitationẽ, & animi reuolutionẽ, iux. l. bonæ fidei §. pen. ff. de acq. rer. do: Item quòd diximus de s̃nia iudicis nihil obst. quia id est speciale in iudice, qui non præsumitur pronunciasse absq; causę cognitione c. abbate, de verb. sig. tradit Alc. in d. reg. 3. præsump. 9. nu. 4. cum sim. Et sic apparet, quòd in hac q. vtraque opinio disputãdo impugnari põt. Quid dicẽdũ? Equidẽ tres casus distinguendos esse censeo, quorum.

10 Primus est, qñ † sumus in doctoribus, qui non sũt soliti disputare, ut est gl. & alii doct. antiqui itẽ isti cõiunt op. collectores, qui faciunt additiones, & sim. qui aũt nunq̃, aut raro disputant, & in hoc casu concluderẽ pro opinione Soc. q̃ et non disputantes doctores faciant opi. & numerũ in cõi, nã isti simplici assertione ostendunt eiuxam uoluntatem, alias sequeretur quòd nunquam facerent opinionem, quòd est absurdissimũ. Fallẽ. tñ hæc conclusio, qñ prædicti do-

11 ctores † aliquid dicerent non ad disponendũ, sed solũ ad iudicandũ, ut puta, qñ dñt, sed de hac re videas doct. in hoc, uel illo loco, quia tunc cessat voluntas.

12 Secundus casus est, quando sumus † in Doctoribus, qui semper disputant, ut sunt interpretes in lecturis, & alii huius generis, & tunc credo sententiã Abb. & cõem uerissimam, ut doctor faciat opinionẽ, & numerum in communi solum quando disputát, uel examinat; & ratio est quia cum illi Docto. semper omnia disputando resoluant, si quid simplici-

ter, & perfunctoriè proferunt illud approbare non censentur, sed potius ad ornatum appoluisse, arguendo à cõsueto eorum more, iux. l. si quis donaturus. ff.
13 de usuf. cum simil. Hæc conclusio Fall. qñ † constat, talé Doc. approbare id, quod obiter dixit, ut quia dicat, & id uerũ puto uel placet, uel aliis simil. uerbis vtatur enixã voluntaté significantibus, quia tunc, &
14 in iis faciet opinioné. Fall. 2. qñ † in eo, quod absq; disputatione asserit fundatur resolutio, & decisio q̃onis, & quo sublato decisio ipsa corrueret, quia dicitur facere & in eo opinionem. & ratio est, q̃m qui vult consequens, vult etiam omne necessarium antecedens ad illud l. ad rem mobilé, cum vulg. ff. de procur. At id, in quo fundatur resolutio q. est necessariũ
15 antecedens, quia sublato fundamento † corruit Doctoris opinio, vt tradit Cur. in cons. 56. super eo, q̃d ab ordine] colu. 4. circa med. vers. tertia conclusio] &
16 est de mente omniũ, Merito &c. Fal. 3. qñ. id † quod obiter traditur pro claro habebatur, quia, nunquam de eo antea dubitatum fuerit, ut sunt multa pronunciata Bar. & aliorum, quia tunc Doctor facit opinionem, quia in dubio non censetur velle recedere ab eo, de quo nunquam fuit dubitatum. Tertius casus,
17 qñ † loquimur de doctoribus, qui quandoq; disputant, quandoq; non, vt sunt multi Repetentes Iuniores, Consulentes, Tractatus conficientes, & simil. & in hoc casu ita distinguerem, Aut absque disputatione aliquid firmant de quo principaliter pertractant, & tunc concluderem, facere opinionem, ratio est q̃a licet de eo non disputent, ex quo tñ materiam illam pertractant, censentur omnia considerate proferre, & ita omnino uelle, ac sentire; Aut de eo principaliter non agunt sed illud est extra principalem materiam, & tunc dicerem, non facere opinionem, & sic habere locum communem opin. & ratio est, quia multa dicũtur ad vbertatem, & ornamentum potius, quã
ad

ad necessitatem materiæ, vnde cum talis doct. aliud principaliter agat, si quid simpliciter, ex materia pro ferat non præsumitur adhibita diligentia tradidisse, & consequenter illud ucrè sensisse. Hæc tamen con clusio intelligenda est, ut sup. in 2. casu.

INSPECTIO II.

SAEPIVS dubitare cõtingit, Nunquid docto res uarii, & contrarii faciant opi. & nu. in cõi? In hac q. Fran. Zoannet. in rep. l. ut vim, in 1. par. sub n. 106. vers. nec obst. si obijceres] ff. de iust. & iur. indistinctè

18 vult, q talis doctor † non præstet autoritatem, & sic non faciat opi. Cæterum pro huius difficultatis explanatione sciendum est, resolutionem istius dubitationis pendere à decisione alterius controuersię, An liceat doctori uariare? In qua plures Autoritates cõ gerit Aplis. & eximius Car. Alb. in lucubr. ad Bar. in l. serui electione in prin. n. 2. ff. de leg. 1. hãc igr̃ prius examinabimus, & postea in utraq; cõcludemus. Pro huius igr̃ q. terminatione duo sũt distinguẽdi casus.

19 Primus casus est & hic clarus, qñ † sumus in lectu ris, tractatibus, singularibus, additionibus, & aliis actibus simil. in quibus non uersatur præiudiciũ tertii, & propriæ Animæ, & in hoc concludendum est, li cere doctoribus variare, & sententiam mutare, nam vnusquisque põt mutare sñiam suam sine alterius in iuria, vt à contrario sensu probat expresse text. in l. nemo potest mutare, & ibi tradunt doc. ff. de reg. iu.

20 & hoc casu doct. licet uarii, & cõtrarii † faciunt opi. & numerum in cõi, quia quis vnam opinionẽ tenẽs, quã postea reperit falsam, debeat mutare, arg. auth. de nupt. in princ. c. magnæ, ex. de uot. & c. qualiter, & qñ. ubi id post alios not. Mari. ex. de accus. idẽ Mari. in c. si diligẽti, n. 2. de for. compe. dicendum est, eũ fa cere opin. quia aliàs mutatio frustratoria esset, q nõ est dicendum.

Secundus Casus est, quando sumus in Consiliis, in quibus adest præiudicium tertii, & animę, & ideo diligētius debemus insistere, & in hoc casu duæ sunt Doct. opiniones, quarum prima est, ut Doctor in cō
21 siliis † non possit mutare opinionem, & sic variare, & pro hanç sententia adducitur Abb. in c. extirpandæ in §. qui uero, in rep. ex. de præb. quem locum ipse non potui reperire, hoc idē in effectu vult Soc. in cons. 5. suprascriptus insignis doct.] n. 19. in fi. lib. 4. & alii. Pro istorum opi. faciunt ista; Imprimis reg. d. l. nemo pōt mutare, & reg mutare consilium, de reg. iur. in 6. Nam doctor consulens in uno casu pro parte affirmatiua si in alio casu consulat pro negatiua, & istud consilium publicetur, plurimum nocebit ei, pro quo prius affirmatiuè fuit responsum, nam abstulit autoritatem, qua tuebatur ab expensis, ut tradit Corn. cons. 148. in præsenti cōsultatione præsupposita] col. fi. nu. 30. lib. 2. & qua sperabat litem uincere, & etiam in aliis præiudicium affert. Secundo, & vltimo facit pro ista opinione, nam Doctor debet
22 † cauere, ut ab igne à mutatione opi. in cōsiliis, quia ob malignitatem linguarum non trahitur ad bonam fidem, sed potius in falsitatem, ita tradit Ang. in l. labeo, in fi. ff. de serui. rust. prædi. quem referunt, & sequuntur Dec. in d. l. nemo potest mutare, sub num. 1. propè fin. uers. cauendum est:] & ibi Adden. & Cagn. n. 8. ff. de reg. iur Pet. de Moncad. in addit. ad Crott. in tract. de testib. in 7. par. in verb. unum credere] nu. 210. cum aliis per eos adductis, At quod honestum non est licere, aut posse non debet, Ergo &c.

23 Contrariam sententiam, quòd liceat Doctori † ét in consiliis uariare, & opinionem mutare, tenent Doct. cōiter. ita nanq; voluit Io. And. in add. ad specu. in tit. de requis. consi. uersi. porrò auditis] sub nu. 11. in uerb. similia, in Add. incipi. occurrit hic] per tot. Bal. in l. fin. §. sed cum in secundam, in fin. sub nu. 6.

 & ibi

& ibi Adden.C.de furt.Ang. in d.l.labeo, propè fin. ff.de seruit.rust.præd. Roman.in l.1.§. qui præsens, colum.fin.num.10.ff.de uerbo.oblig. Andr. de Iser. in Comment.ad Const.regu.lib.1. titu. 32. in uerb. præiudicium, copiosè Ias.in l.ex toto. §. si ita legatum,col.fin.versicu.quarto adde]num.27.& seqq. ff. de leg.1.Bologni.in repe.auth.habita,no.153.C.ne fil.pro pat.Dec.in d.l.nemo potest mutare,sub num. 1.& ibi latè Cagnol.num.4.& seqq.Gabri. Saray. in Annot. ad Matthesil. in singu. 158. nota,quod si pater]num.2. Pet. de Moncad.ubi supra nume.209.in fin. cum latissimè congestis per Pomat. in addit. ad Barto.in l.si parte,sub nu.2.C. de instit. & substitut. & Chassan.in Commen.ad consuetu. Burgund. rub. 4.§.23.in verb.de le terme,nume.3.& seqq.& est receptissima opinio. vt per se patet. Probatur autem ex pluribus, Imprimis nam quando in aliquo est er

24 ratum non solum non est, sed reputatur † laudabile mutare sententiam, & sic variare, iuxt. illud Salamonis, sapientis est mutare consilium l. non nunquam,in princi.& ibi glos.1.ff.de collat.bonorum.c. non debet,in princip.de consang.& affinit.cum collectis per Ias.in l.si ex toto §. ita legatum,num. 29. ff.de leg.1.Cagn.in d.l.nemo potest mutare, nume. 5.& tradit etiam Iacob. Aemil.in consilio 130. magnifice, ac iustissime]columna prima.nume. quarto. Secundo, quia mutare consilium in melius non so-

25 lum est laudabile,sed etiam † necessarium,ut tradit Maria.in cap.si diligenti,nume.2.de for.competen. & supra diximus, & clare deducitur, quoniam uo-

26 luntas,& opinio † hominnm non est semper eadem. l.qui bona §.si quis stipulaturus,in fin.& ibi Glo.fi. & cæteri ff.de dam.infect.Bal.consi.89.D. Thomas asmarius]colu.2.post princip.sub.no.5.uersi.opinio autem]lib.1.Gomes in comment. ad regu. cancella. in reg.de anna.poss. q. 67. versiculo tamen istis non

obst.]in fi. Nicol. Moron.in tract.de fid. treg. & pac.
27 par.2.q.12.n.37.& 39. sed quotidie † nouæ meditationes,& phantasmata in nobis generantur,ut tradit Bal.in l.1.sub n.5. vers. sed hodie C. de his qui ant. aper.tab.And.Barb.in c.nisi specialis,col.14.nu.45. de off.de leg.Gomes.in § omniũ,col.antep. sub nu. 29.inst.de act.Cur.in l.admouendi,col.52.in fi. sub nu.225.vers.34.fallit]ff.de iureiu. Chassa.ubi supra n.4.& 5.Ias.in d.§.si ita legatum nu.27.in fin.& alii passim, unde cum illud sæpe debeamus consulendo, quod uerius opinamur ad uariandum,& opinionem mutandam compellimur.Tertio comprobatur sentē
28 tia ista.Nam mutare † opinionē in consiliis uerè nemini præiudiciũ affert.vnde hoc casu regu.d.l.nemo potest mutare,non solum non est contra istam opin. sed pro ea,si quidem regula illa habet locum in præiudicio,& iniuria certa,& īmediata secus in mediata,prout est illa,quæ oritur ex mutatione consilii ipsius doct.& ita in specie eam limitāt Dec.ibi sub n.1. & alii. Quarto,& vlt.quia doctor diuersis temporibus mutans opinionem,cum id efficiatur tractu temporis generantis in diem nouas hominum phanta-
29 sias non dicitur † sibi contrarius, & uarius. ita dixit Bal.in l.de tutela,col.2.sub nu.4.in princip. uersi.& hoc facit C.de in integ.rest.minor. quem refert,& sequitur Gomes.in d.§.omniũ, sub nu.29. circa princ. uers.īmo fortius]inst.de actio.Ergo si non contrariatur pōt uariare,& snīam ēt in cōsiliis mutare. Et hęc sũt,q̃ magis vñr vrgere ꝓ vtraq; pte. Quid dicendũ.

Equidem in hac difficultate exemplo summi Pontificis in c.magnæ §.1.extra de uot.ita concluderem, Aut consideramus an doctori in consiliis liceat va-
30 riare secundum iuris dispositionē, & tunc † opinionem cōem verissimam credo,vt liceat uariare, & sententiam,mutare per supradicta, & etiam quia, cum uariatio ista non reperiatur prohibita, tenetur quis

errorem

errorem suum emendare d.c.qualiter, & quando, & ibi Maria.& alii de accus.cum sim. Limitat hoc Car. Alb.in lucubr.ad Bart.in d.l.serui electione in prin. sub n.2.in fin.ff.de leg.1.ut non procedat nisi semel, quia variatio permissa intelligitur de prima uice l. siquis iusiurandũ C.de reb.cred.& post Bald.& alios tradit Ias.in l.quicquid astringendæ,col.fi.n.9.ff.de verb.obl.cum simi.Verum ista lim.mihi nullo modo satis facit.nam d.l.si quis iusiurandũ,& d. Bal.& Ias. procedunt quando varians prima vice renunciauit ei,à quo semel discessit,ut expresse cauetur in d.l. siquis iusiurandum,si affirmatiue renunciat, sed sequitur negatiuã tanquam veriorem,vnde si iterum affirmatiua sibi verior videatur, non debet prohiberi redire ad eam, quia Aduocatus tenetur ipsam ueritaté amplecti,ut post Bal.tradit Soc.in.cons.150.dñs labia &c?vt in quęst.]in princ.n.1.lib.1. idem sequitur Rol.à Vall.in cons.6.qm̃ via]n.1.& seqq.& n. 8. & 9.lib.1.cum sim.Aut consideramus, quod deceat,
31 ac honestum sit & quod fieri debeat,& tunc † diceré ueram esse sententiam,quod Doctor consulendo nõ debeat variare, nam non potest euitari falsitatis suspicio ob linguarum malignitatem, vt inquit Ange. in d.l.labeo,in fi.Nec dicatur, malignitatem lingua
32 rum tanquam à vulgo emanatam † in consideratione habendam non esse l.decurionum.C.de pœ.c.2.& ibi Glo.1.ex.de elect.& in propriis terminiis ita tradit Corn.in consi.244 memini superioribus]in pri. lib.3. Qm̃ id uerum est,quo ad impediendum iuris dispositionem,quæ non debet impediri tumultu ipsius populi, secus verò si consideramus quod honestum est, ut nos loquimur, quia non solum fraude, sed & fraudis suspicione carere quis dét. Et ideo à tali mutatione in consiliis cauendum est tanquã ab igne,ut docet Ang.ibidem. Si quis autem doctor va
33 riauerit consulendo,cum id iure possit,faciet.† opi-
 nionem,

nionem, quia apparet de eius uoluntate, & numerum in cōmuni, & id clarum est, & de mente omniū, quicquid dixerit Fran. Zoannet. in d. l. vt vim, & Barthol. Bertazol. inter cōsi. crim. diuers. Tom. 2. in cōs. 95. difficultas huius q.] nu. 6.] qui nihil stringētes allegant, & ita absque dubio seruatur, vt videmus passim in monumentis diuersorum Autorum, in quibus sæpius allegantur doctores contrarii.

Sed hic cadit discutienda pulchra dubitatio, nempe, an liceat doctori in vna, eademque causa ex facti, uel opinionis mutatione pro utraque parte consulere? Et in hac difficultate doctores in eandem sententiam non conuenerunt, Alii namque voluerunt, id
34 † Doctori non licere. ita tradit Io. And. in addit. ad Spec. in tit. de aduoc. in §. nūc tractemus, col. 3. vers. sed nūquid prius q̃] sub n. 11. in verb. prius q̃] in add. incip. suspicor, qđ dicere] p tot. & Io. Berta. in suo reper. in ver. doctor cōsulēs vtriq; parti] vbi inquit talē doc. esse infamē, motus p l. athletas §. pe. ff. de his
35 qui no. infam. Sed hic tex. dupliciter † summouetur, primo q procedit, qñ quis relicta priori parte absq; aliqua cā, ad contrariā partē tuendā se confert, secus vero, qñ adesset cā, vt in casu nostro, in quo præsupponimus facti, vel opinionis mutationē; Scđo resp. procedere tex. illū, qñ quis defendit vtranq; partem neutra relicta, cū. n. proditor sit, bñ infamis dicitur, & id vere vult ille tex. ibi (prodita cā sua) & ibi (ex vtraq; parte consistit) secus vero qñ vnam relinquit, & iusta cā ad aliā se cōuertit, vt nos prȩsupponimus. Adducitur aūt Io. And. ad ita tenendū hac rōne, nā talis doctor aut priorē partē iuste defendebat, aut iniuste. Primo casu non dēt illā deserere, nā quod dicitur sapientis esse mutare sñiam, intelligitur in saniorē, & meliorē, non deteriorē, ut esset hic; Scđo vero casu non dēt errorē suū detegere mutando opinionē sed honori proprio parcere, cū turpissimū sit, iniustā

causam

cām defendisse. Hæc rō in vtroq; mēbro facile subuertitur. Et quoad primū, quia licet ab initio iustā cām defendamus, tñ ex post facto pōt fieri iniusta aut facti, aut opinionis mutatione, ex quibus licitū est, immo necessariū cām relinquere, cū. n. ex facto ius oriatur l. si ex plagis §. in cliuo. ff. ad leg. aquil. ex facti mutatione mutatur ēt ius, quod sp est seruādū, & cū mutatur opinio, quod verius opinamur, amplecti debemus. Scd'o mēbro resp. duplicē esse honorē, alterū Mundi, & hic spectat ad corpus, alterū Dei, & hic ad animā pertinet; mō errorē suū corrigere mutādo opinionē obest honori corporis, & prodest honori animæ. Vnde non est dubitandū, quod potius huic, q̄ illi cōsulēdū est, quia hic eo est dignior illo, quo deus & anima est dignior, & nobilior mundo, & corpore.

Quamobrem alii in contrariam iuerunt sentētiā,
36 vt liceat Doctori †ex facti, vel opinionis mutatione in eadem causa pro utraq; parte consulere, & huius opinionis autor fuit Glo. in l. fi. in gl. mag. post prin. ver. ex his ergo patet] ff. de postul. specul. in d. tit. de Aduoc. §. nunc tractemus, ver. sed nunquid prius] nu mero 11. & hanc sententiam approbarunt omnes Docto. Bononienses illius temporis, vt refert Ioan. And. in add. ad Specul. ubi supra, Bald. in l. quos prohibet, in fin. num. 1. ff. de postul. Corn. in consi. 244. memini superioribus] in princ. libr. 3. & in consilio. 7. reperio me consuluisse] in princip. libr. 4. Bolo. gni. in d. rep. authen. habita, num. 154. C. ne fil. pro pat. Dec. in l. precibus, num. 4. C. de impub. & al. subst. Chassan. in dd. Comment. ad Consuet. Burgund. d. rub. 4. §. 23. in uerbo de le terme] sub numero. 5. circa med. versi. & Philippus Corne.] Pet. de Moncad. in dd. Addit. ad Crot. in tract. de testibus. in 7. part. numero. 211. & hęc absque dubio est communis, & recepta sententia, & pro qua fuit iudicatum, ut testatur Gloss. in dicta l. fin. postula.

immo,

immo.& in foro conscientię admittitur, ut per sum. Ang. in Titu. de Aduocat. §. 17. & late distinguens sum. Armil. eo. tit. d. Aduoc. §. 20. per tot. & huic sententiæ tanquam veriori de iure & ipse accedo ex infrascriptis.

Primo secundum specul. quia si Doctori non liceret pro utraque parte cōsulere sequeretur, quòd Aduocati impedirentur parti contrariæ, nam sæpe ab aliquibus petitur consilium, non ut acceptetur, sed ut doctores illi erubescant pro alia parte consulere. At hoc est absurdum, cum parti contrariæ non pos-
37 sint † impediri aduocati l. 1. post prin. §. ait prætor. ff. de postul. tradit Spec. ibidem, & alii passim, Merito &c. Secundo nam quis puniri non debet de eo, qđ coactus, & inuitus facit arguendo a' fortiori arg. l. graccus. ff. de adul. At in casu nostro præsupponimus, diuersis temporibus pro utraque parte uigere
38 ius, & iustitiam, & doctor † pro iustitia potest cogi consulere, ut tradit glo. in l. 2. in uerb. confessum, & ibi Bar. nu. 1. & alii, C. de prox. sacr. scrin. lib. 12. & est receptissimum, ut patet ex pluribus autoritatibus congestis infra ti. 11. nu. 2. Ergo &c. Tertio, & vltim. Nam doctor alteram partem defendens, si ex mutatione opinionis, uel facti uidet eam iniustam, defere
39 re omnino cogitur, nam alias † iniustam causam defendens peccaret mortaliter, & teneretur parti cō trariæ ad restitutionem, ut utrunque firmant summ. Ang. in titu. de aduoc. §. 33. Summ. Thabien. in eod. tit. de aduoc. §. 13. nu. 15. & Summ. Armil. eod. tit. §. 11. per tot. & sic omnino liberatur, & nihil amplius interesse in ea habet. Ergo nulla causa, uel iure impediri, debet quominus pro altera parte iustitiam fouente consulere possit. Et ita de iure cum cōi opin.
40 pertransco. Quæ † non hēt locū, quoties doctor cō suleret ꝓ vtraque parte neutrius defensione omissa qa tūc esset ꝑuaricator, & infamis d. §. pen. l. athleta. ff. de

ff.de his qui no.infam.& ita uult Spe. in d.§.nűc tractemus,sub nu.11.Et hæc oĩa procedunt secundũ iuris dispositionem De honestate tñ † hoc fieri nullo
41 modo permittitur,& iõ tanq̃ ab igne a tali consulta tione cauere debent doct.nam ob malignitaté vulgi non possent euitari maximam fraudis, auaritiæ, & uoracitatis ad lucrum suspicionem,ut tradit Dec.in d.l.precibus,sub nu.4.C.de impub.quẽ refert, & sequitur Cagn.in d.l.nemo potest mutare,sub nu.8.ff. de reg.iur.& tradit sum.Armil.in d.ti. de Aduoc.§. 20.prope fi.uersi.sed in eadem instantia] & Dec.refert sub d.n.4.se interrogato a Soccino,pro qua parte consilium redidisset super quadam cã,in qua Soc. pro utraque parte consuluerat, respondente pro ea parte se reddidisse,pro qua excellentia sua consuluerat Soccinum risisse,& aliqualiter erubuisse. Nec mi
42 rum,quia nõ omne quod licet, † honestum est arg. l.semper in contractibus,& ibi not.per doc.ff.de reg. iur.& ideo dici solet non semper, & omne agendum
43 quod fieri potest.Sed si doctor † pro utraq; parte cõsuleret,facere opinionem, & numerum in communi, quia cum possit,& velit ita facere, non est dubitandum,eum opinionem facere.

VERVM vtilis, & necessaria cadit hic indagatio,quæ opinio doctoris uariis,& contrarii si attendenda ? Et est difficilis, & satis confusa quęstio Pro eius tñ dilucidiori explanatione,quos casus principales distinguo,vnus erit qñ doctor fuit cõtrarius,& uarius in diuersis actibus, puta legẽdo tenuit vnã cõsulendo tenuit aliã opinionẽ,& sic de singulis;Alter casus erit,quando fuit contrarius eodẽ actu diuersis in locis,puta in uno consilio tenuit affirmatiuam,in alio partem negatiuam,& sic de similibus.

IN PRIMO CASV principali alii plures sunt subdistinguendi Casus, quorum.

Primus est, qñ doctor tenuit vnã opinionẽ legẽdo,

&

& contrariã consulendo, quæ opinio sit attendenda. Et in hoc casu duæ sunt scribendæ opiniones; Altera quidem est, ut opinio firmata legendo † seruãda
44 sit, & huius snïæ author adducitur Abb. in c. bonæ, il 2. ex. de postul. prelato. qui re vera hoc non dicit, sed hanc parté amplexi sunt Andræas Barba. in c. 1. col. 14. extra, de constit. Socc. in consi. 35. punctus super quo] col. 1. sub nu. 1. ver. tamen. in 2. casu] li. 3. Alex. de Neuo in consi 29. Reuerend. D. Vicari] col. 2. n. 3. Grat. consi. 134. viso puncto mihi transmisso, col. fi. nu. 64. lib. 1. Nico. Euerard. in consi. 105. casus mihi ad super] prope fi. ver. tum secũdo] Paris. cõs. 110. col. 3. in fi. li. 1. Maria. Iun. cõs. 168. presentis cõsultatio nis resolutio] col. pen nu. 95. lib. 2. Crauet. in trac. de Antiq. temp. part. 1. sect. propositum nostrum] n. 48. & par. 4. sect. materia ista] nu. 48. hanc eandé opinio né videtur amplecti Por. Imo. in cons. 92. mag. & excell. V. I. doctor] nu. 46. cum concord. adeo quod isto rum opinio inspecto numero, & pondere Autorũ cõ munis videatur. Fulcitur aũt ex plurib. Et imprimis,
45 quia opinio illa † tenenda est, quę p̃sumitur, vel apparet verior, cũ veritas oĩbus sit præponenda c. veritate 8. dist. l. pe. §. mulier. ff. de probat. tradit Iac. Mã del. in cons. 9. ex his, quæ iam bis nu. 39. cum sim. At opinio legendo firmata vero præsumitur, cũ veritas disputãdo reperiatur l. fi. §. mista, & ibi Bar. ff. de mũ. & hon. & lectoris propriũ sit disputare, cõsulentis vero salté plerunq; conclusiue procedere. Merito, &c. Hæc rõ non concludit; nã licet verum sit, veritatem
46 magis disputando reperiri, Tñ lectores † non disputant tm̃ ad veritaté reperiendã, sed ad acuendum ingenia scholaribus, vñ pñt, & sæpius dicunt multa subtilia potius, q̃ vera, immo nec imaginé ueritatis habẽtia, ut hęc & alia plura his similia de lectoribus tradit Neuiz. in sua sil. nup. lib. 5. nu. 26. prope fi. ver. & in lectura doctores] & subtiliter disputando aduertit,

tit,& monet suos scholares Fului. Constanti. in §.fi. sub nu.2.uer. not. nisi dixeris] in fi.inst.de interd. & ego audiui quendam volenté attentos reddere scholares pulsantes in scholis dicere. Attendite ad hunc intellectũ, quia si non erit verus, erit nouus, quasi innueret, ꝙ eo loco nouitas veritati æquiparetur. Prætereá põt responderi ꝙ ẽt consulentes, & rationabiliter disputant, vt per se patet. Secũdo igitur loco mouentur supradicti doc. ex eo, quia lectores nullã habent occasioné, quæ a veritate eos amouere possit,
47 consulentes vero † facile a veritate deuiare valent precii, vel affiniũ, & familiariũ præcũ occasione, iux. illud Munera crede mihi &c. & aliud, Quid nõ mortalia pectora cogis &c. At non est dubium, ꝙ potius debemus adhærere illi sniæ, quæ caret suspicione, cũ
48 nõ solũ a fraude, sed ẽt a † fraudis suspicione abesse debeamus, qm̃ in aliquibus casibus suspicio pro veritate, & sic falso ipso habetur ut plene p Ant. Gab. li. 7. comm. conclu. in 6. conclu. Ergo &c. Hæc quoq; rõ facile rollitur, nã licet forte nimis uerũ sit, cõsulentes ob pecunias, & affectioné à uia veritatis declinare, qđ vtinã falsum esset non.n. tantę iuris ambages, & extorsiones ortæ essent, quibus veritas adeo obtecta est, ut pene impossibile sit dignoscere, quid bonũ & æquũ sit, tñ cũ hoc sit atrox, & nefandũ scelus in du
49 bio non p̃sumitur, cũ vnusquisq; † p̃sumatur bonus l. cũ pater §. rogo. ff. de leg. 2. c. dudũ, ex. de p̃sump. & late tradunt Alc. in trac. p̃sum. reg. 3. præsu. 2. & Pet. dué. in trac. reg. par. 1. reg. 75. bonus] & sic argm̃ non subsistit. Tertio facit pro istorum opi. nã Aduocatus
118 consilio alterius † in totum illud approbare censetur l.si ita stipulatus, la 6. §. chrysogonus,& ibi not. Ang.n.1.Castré.n.2.Imol.col.3.uersi.itẽ nota,q̄ ille]n.10.Aret.n.5.Alex.n.2.Ias.nu.2.& alii cõiter ff. de verb.obl.istud idem voluit Bal. in l.fin. per tot.& præcipuè in fi.& ibi And.Barb.in Addit.C. plus val. quod agit:&c.quem referunt,& sequuntur Barth.Bologni.in rep.auth.habita,num.164.C.ne fil.pro pat. Thom.Gram.dict.n.13.& alij passim, & est communis, & recepta opinio, ut ex numero, & autoritate istorũ clare apparet.Quinimo si doctor signet tãtum

modo sigillo suo consilium alterius absque alia sub
119 scriptione, dicitur † illud approbare, ita inqt Bal. in l.Tribunus §.1.per illũ tex.uer.item no. hic arg.] ff.de testam.milit.quẽ refert, & sequitur Bolognin. sub d.nu.164.quod est intelligendum, si appareat, sigilli dominum illud apposuisse, secus alias arg.l.penult.ff.de testam.cum adductis per Inn.in ca.2.circa prin.in verb.sigillum]n.2.ex.de fid.instr. cum simil.
120 Fal.tamen † hæc conclusio quando doctor non legisset consilium, quia tunc non facit opinionem, ex quo non censetur illud approbare, cum ignoret contenta in eod.l.Tribunus §. 1.& ibi no.Bal.idem tradunt Ang.& cæteri in d.§.chrisogonus. In hoc autẽ creditur doctori subscribenti, qui asserit in subscriptione(Visis,& consideratis)&c.

INSPECTIO X.

REPERIVNTVR quandoque nonnulli, q non dum doctorati, sed solum licentiati, seu approbati aliqua & dicunt & scribunt. Vnde dubitatur, an isti faciant numerum,& autoritatem pro cõi? Et hãc quęstionem nemo examinat, quem uiderim:In ea ta
121 men prima fronte dicẽdũ videtur, Licentiatũ † nõ facere opinionem, & numerum. Nã cum ad cõstituẽdam communem duo coniunctim requirantur, videlicet, Numerus & autoritas doctorum, vt diximus supra tit.2.nu.1. cum seq.ille, in quo deest alterum requisitum, non poterit facere numerum in cõi, sed in licentiato deest autoritas, Merito &c. Minor deducitur, nam autoritas nihil aliud est, quam opinio, quæ emanat ex pręsumptione illa iuris, quia doctor pręsumitur peritus; Vnde cum licentiatus non sit doctor, cessat præsumptio, & consequẽter opinio,& autoritas. Contrarium tamen credo verum, nempe li-
122 centiatũ† in eo, quod asserit, uel scribit, facere opi. & numerum in communi. Tum quia licentiatus est

proxime

proxime doctorandus actu, vel saltē potentia, ut pe
123 se patet. Sed proxime doctorandus † habet pro do
ctorato, iux reg. l. pen. & ibi no. per gl. & cæteros ff.
de testam. milit. de qua plene per Tiraq. in tract. de
legib. connub. gl. 2. nu. 2. cum pluribus seq. Quinim
mo in indiuiduo casus nostri approbatus, uel licen
124 tiatus † in fauorabilibus habetur pro doctore, ut
uoluit Bald. in l. 1. col. pen. sub nu. 9. prope fi. versic.
quid si filius] ff. sol. mat. Soc. in consi. 70. utrum pri-
mo licentiatus] col. fin. sub n. 6. uer. 5. principaliter]
lib. 4. quos refert, & sequitur Tiraq. sub d. nu. 2. Er-
go &c. At doctor absque dubio facit numerum in cō
muni, Merito &c. Tum etiam quia Laurea doctora-
tus, licet tribuat præsumptionem, & autoritatē, quia
probat doctrinam, & peritiam doctoris, tamen nō se
quitur quin licētiatus habeat autoritatem, quia do
ctrina, & sciētia potest ex alio, quam doctoratu pro
bari, ut puta, per scripta, & alios actus simil. At nos
præsupponimus, licentiatum aliqua in re scripsisse,
uel dixisse, & approbatum ad doctorandum esse, per
quæ eius peritia cognosci ualet, Ergo &c. Et uide-
125 mus, quod licentiati † retinent, & admittuntur ad
dignitates Ecclesiasticas, ad quas solum doctores as
sumuntur, ut sancitum extat in Sinod. Trid. in 22.
session. in decret. de reforma. cap. 2. quia non consi-
deratur, nisi peritia.

INSPECTIO XI.

SCOLARES quoque simplices etiam non licentiati in iure dicunt, & scribunt, ut fuerunt Horatius Lutius, qui scholaris fecit tractatum de priuil. scholar. Restaur. Castal. qui in lucem misit quædam singularia, Fran. Hercul. qui conscripsit trac. de proban. neg. & alii plures, qui uaria monumenta in iure etiam scholares reliquere. Quæritur an tali

scholaris

ſcholaris faciat opi.& numerum in communi? Hæc quoque difficultas a nemine tangitur, & ſatius fortaſſe eſſet, eam indeciſam relinquere, ne ipſe etiam ſcholaris propriam cauſam agere uidear. Lectorum tamen humanitate,& integritate confiſus, quid ſuꝑ hac re ſentiam,non ſilebo. In hac q pro parte nega-
126 tiua,ꝙ ſcholaris † non faciat opi.& numerũ in cõi faciunt iſta. Primo, quia is facit numerum in cõi,q & ſcit,& ſcire præſumitur, ut mox dicemus. At ſcholaris non ſcit,quia ſcholares profitentur,ſe uelle ad diſcere. item licet eſſet peritus,tamen non præſumiť, quia ſcholares non periti,ſed ſcientiæ cupidi cenſentur. Ergo &c. Secundo,& ult. urget contra ſcholares. nam doctores iuuenes,certi iuris eſt, modicæ admodum eſſe autoritatis.& tñ habent præſumptioné ortam ex doctoratu. Ergo ſcholaris, qui & iuuenis, & non ſolum præſumptione caret,ſed ét habet præſumptioné contrariam, uidelicet non ſciendi,cum, ſi ſciret,non eſſet ſcholaris,nullius erit autoritatis. Sed
127 pro parte affirmatiua, ꝙ ſcholaris † faciat opin.& numerum in cõi,uidẽtur urgere infraſcripta. Primo, quia, quemadmodum ubi dubitatur, an uulnus ſit
128 mortale nec ne, attenditur † non ſolum opinio medicinę doctorum,ſed etiam peritorum, qui doctores non ſunt, vt reſpondet Alex. in conſi.15. uiſo pro ceſſu inquiſitionis] col.fi.nu.11.lib.1.quem referũt, & ſequuntur Iaſ.in l.2.prope fin.n.5.ff.quod quiſq. iur.& Alciat.in l.1.in §.eadem, ſub nu.34.uerſi.ſed in contrarium facit]ff.de uerbo. oblig. per l.1.§.ne autem quantitas C.de com. ſeruo.manu.cum ſimil. Ita in propoſito in communi conſtituenda opinio ſcholaris.attendi debet,qui aliquo ſcriptorum genere uel diſputatione, uel alio modo peritum ſe oſtendit. Secundo, quia facere numerum in communi is poteſt, qui habet autoritatem,cum communis conſtituatur numero,& autoritate iuriſperitorum,& is ha-

bet autoritatem, qui est, & præsumitur doctus, & pe-
129 ritus, sed scholaris † est huiusmodi, nam scholaris est peritus, cum diu, noctuque uersatus sit in legali philosophia. nam qui scholaris aliqua uel dicit, vel in iure conscribit, semper proximus Laureæ existit, immo istius eadem est doctrina, quę in doctore, cũ doctoratus non det, nec peritiam, nec scientiam, sed solummodo, ut diximus, eam probet. Item & præsumitur, tũ qa unusquisq; censetur callere arté, in qua uersatur, iux. illud uulgare. Quam quisque norit artem, in hac se exerceat; Tum etiam quia scripta, disputationes, & alia hoc genus minus, quam Laurea doctoratus probant, & attestantur de doctrina, & peritia scribentis, vel disputationis. Quid concludendum?
130 Equidem † distinguerem duos casus, Quorum primus est, in opinione scholaris, qui eam firmauit iuribus, uel rationibus, uel autoritatibus, & tunc censerem eum facere numerum in cõmuni, primo autoritate Bar. qui licet iuris Lucerna, tamen in suis qq. in q. 2. Pisanę Ciuitatis] in solut. in prin. in q. 6. Lapus] in solu. in princip. in q. 7. mulier habẽs] in solut. in princip. in q. 9. iudex] in solu. in princ. & in q. 14. iudex maleficiorum] in solut. in princ. se remittit iudicio doctoris, & scholaris melius sentientis. Secundo quia in tali scholari cessat præsumptio contraria, cum simus in claris; Tertio, & ultimo, quia in actibus, in quibus habetur ratio doctrinæ
131 non consideratur † Laurea doctoratus, quod ex eo deducitur, quia scholaris peritus præfertur doctori ignoranti, ut probatur in l. 1. tunc gloss. 1. C. de ann. ciuil. lib. 11. tradit Quintil. Mandos in comment. ad Regul. Cancel. in regu. 16. q. 17. num. 2. Ant. Tassar. in Compend. error. notat. cap. 25. nu. 2. cum simil. At in casu nostro habetur ratio doctrinæ, Merito &c. Alter casus est, quando sumus in aliquo dicto scholaris, ad quod probandum nihil

allegauit,

allegauit,& tunc non faciet numerum, & opin. quia uiget præsumptio imperitiæ. Fall. tamen hoc, quando istud pronunciatum esse in tractatu, in quo reliqua contenta & conscripta ostenderent eum peritũ, & doctum, quia etiam in eo faceret numerum in cõi talis enim scholaris eiusdem est doctrinæ, ac si esset doctoratus, cum isti tractatus, & reliqua fiant non a Tironibus, sed a scholaribus diu in iure uersatis.

INSPECTIO XII.

DOCTORES interdum tractantes aliquam materiam, ueniunt ad aliquod caput, & dicunt. De materia istius casus pertractant doctores in l. & c. ubi Ias. partem affirmatiuam cõem asseuerat. Dubitatur, an isti doc. per solam attestationem, uel relationem attestationis de cõi opin. censeantur cõem illam approbare adeo, ꝙ faciant in ea numerum, & nemo hãc difficultatem dissoluit. Pro eius itaque resolutione conclusiue procedendo, duos distinguendos esse casus existimo. Alter est, quando doctor loquitur de quæstione extra argumentum, quod ipse principali-
132 ter pertractat, & tũc concluderem, non censeri † eũ approbasse, & non facere opinionem, & num. pro ea. Nam cum de ea principaliter non agat, si se remittit ad alios de ea tractantes, clare apparet, ꝙ non uult opinionem suã constituere. & quãdo dicit talis opi. est communis, uult tantummodo ostendere quid sentiant alii, quemadmodum in allegatione aliarũ autoritatum. Alter casus est, quando qõ est de materia propria sui tractatus, & tunc dicerem pro ea facere
133 † opin. & numerum, quia sunt multa in uno tractatu, quæ adeo clara sunt, vt nulla indigeant discussione, & iõ doctores breuitati consulẽtes ad alios se remittunt amplectẽtes cõem opi. tanꝗ ueram, & clarã. Præterea cum rem illam principaliter agant, & totã habeant præ manibus, si sententiam aliquam dicunt

com-

communem fatentur etiam ueram, cum cōis uera prę sumatur, & tanquam ueram, & de materia ab iis principaliter tractatam uelle omnino amplecti cēsentur.

INSPECTIO XIII.

IVRIS consultus formans, seu proponens qōnem, nec aliter eam decidens præsumitur † decide-
134 re, & resoluere, prout proponit, vnde si proponit affirmatiue, puta, An princeps legibus solutus sit, dicitur approbare partem affirmatiuam, ꝙ Princeps sit legibus solutus. & si proponit negatiue, puta an Priceps legibus non sit solutus, partem negatiuam, qđ Princeps non sit solutus legibus, approbare dicitur; Istud pronunciatum probatum in l. in rebus, in fine. prin. uer. sed uidendum] cum gl. ff. commod. in l. fin. uer. uideamus ne ea pecunia] & ibi no. Fulg. ff. de eo, quod cer. loc. in l. si. ff. de ser. rust. præd. in l. si indebitum, in prin. ff. rem rat. haber. & ita tradit Irner. in gloss. penul. in l. sed & si quemcunque in uerb. dubitat ff. ad leg. Aquil. Socci. in tract. regul. in posterior in reg. 51. Iurisconsultus, qui format] Ias. in l. cum fundus §. seruum tuum, colum. 4. nu. 6. ff. si cer. pet. refert, & sequitur Nicol. Euerard. in suis loc. lega. in loc. ab Autorit. circa med. uersicu. si autem iurisconsultus] cum simil. Modo dubitatur, an si doctor proponeret qui & non resolueret, præsumeretur decidere pro ea parte, secundum quam proposuit quæstionem, & in ea faceret opinionem, & numerum? Equidem, licet neminem inuenērim hunc casum in specie tangentem, tamen indistincte concluderem, ta-
135 lem doctorem † neutram censeri approbasse opinionem, & per consequens non facere numerum in communi; nam neutram expresse firmauit, ut clarum est, ergo non potest facere numerum. Nec obst. quod dictum est de iurisconsultis, quia eorum dicta hodie pro lege custodiuntur, & in legibus nul-

lum

lum verbum debet esse superfluum, sed aliquid operari l.1.cum ibi no.per doctor.ff quod met.caus.cum similib.Secus est in dictis doctorum,quia non est absurdum,ut nihil operentur,vel quòd non faciant opinionem, quia deseruient saltem ad memorandum.

INSPECTIO XIIII.

DOCTOR asserens vnam opinionem verio-
136 rem, & æquiorem † innuit, contrariam seruari in practica.istud fuit dictum Lancel.Dec.in l.hæres absens ff.de iudic.ut refert,& sequitur Cęsar Cõtar.in rep.l.diffamari,in q.11.prope fi.nu.84.C.de inge.& manum. Quæritur modo pro qua opin. faciat numerum iste doctor,pro ea,quam dicit veriorẽ, & æquiorem,an pro ea, quam innuit seruari in practica? In hac difficultate ego imprimis ualde dubito de isto dicto Lancell.& sic indistincte intellectum falsum
137 † omnino existimo,nam clarissimum est, in practica attendi opinionem ueriorem, & æquiorem, licet contraria esset communis, vnde absurdum est,ꝙ doctor dicens opinionem aliquam veriorem,& æquiorem innuat,contrariam in praxi seruari.Quamobrẽ
138 ipse in hoc primo † dubio ita distinguerem.Aut talis doctor prius,uel posterius dixit contrariam opinionem esse communem,& tunc bene potest esse verum,ꝙ innuat,istam seruari in practica, dicendo,cõtrariam veriorem, & æquiorem, tum quia si non de iure,saltem de facto iudices hodierni inhęrent communibus opinio. tanquam securo carrotio, licet interdũ nõ parũ errent,ut inquit Maria.Iun.consi.131. quæstio proposita]col.1.n.3.lib.1.Tum etiam,quia opinio contra cõem potest esse verior per iura, & rationes,quæ,& quas viderint tenentes cõem opi.quo casu licet opinio contraria sit verior, tamen seruanda est communis,ut infra suo loco dicemus,& hoc casu iudicio meo potest saluari dictum Lancell.Decij.

Aut

Aut doctor ſimpliciter dicit hanc, uel illam ſententiam veriorem, & æquiorem nulla habita mentione cōis contrariȩ,& tunc falſum credo,ꝙ innuat cōtrariā ſeruari in praxi,in qua verior, & æquior opinio attenditur. Redeundo modo ad principalem dubitationem omiſſa diſputatione concludo, Doctorem ta
139 lem † in caſu,quo innuit,contrariā ſeruari in praxi,approbare ſnīam veriorē,& æquiorē,& ꝓ ea opinionē, & numerū facere ex duobus. Primo quia potius adhærere debemus expreſſo tanq̄ certo,q̄ tacito ſeu ꝓſumpto incerto l.continuus §.cū ita ff. de verb. oblig.l. q ad certū ff.locat. cū vulg. Sed talis doctor expreſſe dicit hanc opinionē veriorē,& preſumptiue ac tacite innuit contrariā ſeruari in praxi, Ergo &c. Secundo,& vlt. quia ueritas in oībus dēt principalē locum habere c.quæritur. 2.q.7.& æquitas in oībus ſpectanda eſt, & anteponenda l.in oibus ff.de regu. iur.l.placuit C.de iudic.cum ſimilib. Ergo, licet eſſemus in dubio,tamen debemus credere,talem doctorem approbare opinionem veriorem, & æquiorem.

INSPECTIO XV.

1 GLOSSATORES quandoque & etiam alii doctores, vel propter altitudinē intellectus, vt poſt Ang.& alios,quos fuſe ad id cōgerit, uoluit Neuiz. in d.ſil.nup.lib.5.n.33.ante med.uel propter aliud, adeo obſcure, & perplexe loquuntur,ut non intelligatur,quid ipſi ſentiant. Vnde huic malo remedium
140 datum eſt,ut tales doctores † ſeu eorum obſcura ꝓnūciata intelligantur ſecundum leges, quas allegāt, doctri.eſt Bar. in l.non ſolum §. liberationis, col. 1. num.7.in fi.verſic.& gloſ.iſta] & ibi alios late allegant Po.Mat. in addit.& Card.Alban. in lucubr.nu. 3.ff de liber.leg.& Bart.ſequuntur Roman. conſilio 211.allegationes doctoris]in vltimo dubio colum. fin.nume.5.ubi late alios cumulat Horat. Mandoſ.

in addit.in uerb.allegat]Alex.in l.sæpe col.8. n.27. in fi.ff.de re iud.Sali.in l.si ex cautione,col.6. versi. quero secundo succes.]C.de non nume. pec. Stepha. Bertran.in consi.128.pro pleniori] n.5.lib.1.Cæsar Lamberti.in tract.de iur.pat.in 2.lib.par.1.q.9. arti cu.18.nu.7.latè Ias.in l.cum filiofam.col.21.n.129. ff.de leg.1.Restaur.Castal.post alios in §.cum filius, in glo.1.col.3.n.7.inst.de hæred.quæ ab intest.Pau. Leon.in tract.substit.in prælud.nu.77.Iacob.Meno. in tract.de retin. poss.in 3. remed.nu.270.Horman. Det.in rep.l.hoc ædicto,in §.hoc autem ædictū, col. 8.nu.22.ff.de nou.op.nunc.Corn.in cons.124.ardua primo aspectu]col.pen.num.25.lib.2.Socc. in l.à di uo Pio,in prin.num.47.ff.de re iud.Marsil.in rub.ff. de fideiussor.n.45.Guil.de Benedict.in rep.c. Raynu tius,in verb.testamentum]col.1.nu.62.extr.de testa. Io.igne.in l.necessarios §.non aliàs,nu.118.ff. ad syl lan.Nicol.Bellon.consi.16.stat statutum] propè fin. nu.10.Hieron.Butrig.in rep.l.edita num.101.C.de eden.Cagnol.in l.diem functo,nu.22.ff. de offic. assessor.Maria.iun.in l.1.n.432.ff. de acq. poss. Ant.à Leut.inter consil.crim.diuers.Tom.2.in consi.18.ui so suprascripto] nu. 25. & nouissimè Gasp.Gabal.in tract.de euict.§.4.num.28.& est receptissimum apud omnes . Modo dubitatur an doctores isti faciant numerum in communi?Et omissa longiori disquisitio-
141 ne concludo,istos†facere opinionem,& numerum, tum quia est receptum pro indubitato , ut doctores eam partem approbasse censeantur, pro qua faciunt iura,& rationes adductæ ita, ut perinde sit , ac si expresse firmassent:tum etiam quia quemadmodū sublato fundamento doctoris corruit eius opinio , ita econtra posito fundamento debet constitui opinio.

INSPECTIO XVI.

DOCTOR super aliquo casu firmat opinionem suam,& postea dicit,se contrarium vidisse iudicari,utrum iste censeatur a suo opinione recessisse p illa uerba, q contrarium uidit iudicari, & pro qua
142 parte faciet opi.& numerum?Et uidebatur eũ † cẽseri, recessisse, & facere numerum pro opin. pro qua uidit iudicare,nam cum pro iudice,& sententia præsumatur,ut late per Alc.in d.tract.præsumpt. in reg. 3.præsumpt.9.opinio, pro qua iudicatur,verior censebitur,& eam tanquam ueriorem approbasse intelli
143 getur.Contrarium tamen, quod iste doctor † non censeatur recessisse a suo opinione,& per consequẽs pro ea facere numerum tenuit Petr. Calefa.inter cõsilio crim.diuers.in consi. 105. spectabilissimi domini] prope fin.nu.15.Tom.1.2. impress.quod verum credo ex infrascriptis, licet ipse nihil alleget. Primo quia cum opinionem suam firmauerit,si ab ea expresse non recedat, in dubio per illa uerba,quod ui-
144 dit contrarium iudicari, non præsumitur † incontinenti,se corrigere l.non ad ea,ubi glo.& doct.ff. de cond.& demon.Bar.in l.1.§. parui, col.sub num.5. uersi.non est enim verisimile] ff. quod ui aut clam, cum adductis per Alc.in d.trac.præsumpt.reg.2.prę sump.28.num.1.cum seqq. Pręterea, & ult. quia licet pro iudice, & sententia præsumatur,non tamen clarum est,opinionem, contra quam iudicatum est, esse falsam, quia potest etiam esset,ut iudex secutus sit sententiam deteriorem.Vnde ex ista pręsumptione non est dicendum doctorem recessisse ab opi. iam firmata,cum id,si voluisset,exprimere potuisset.

INSPECTIO XVII.

VIDEMVS sæpissimè, quòd doctores scribentes super l.dotata pluribus, & diuersis materijs, alij

vnam,& alii aliam precipuam materia pertractandã assumunt,reliquis omissis. Dubitatur,an doc.in materiis omissis dicãtur approbare dicta aliorũ, puta, gl.Bar. & sim.& in iis facere opinioné, & numerũ? &
145 partem † affirmatiuã tenet D. meus Thob. Noni. in §.posthumorũ, col.17.sub nu.11.uer.& ita uoluit hic Accurs. Insti. de exhæred.li.& nihil allegat.Sed ipse omissa disputatione cõtrariũ concludo, nempe
146 doctorem istorum † non censeri approbasse ,neque numerum iis facere, tum quia nulla rõ ad id dicẽdũ nos impellit, tum etiam quia hoc non uoluit, quia quemadmodum opinioné suã expressit in materiis, quas ibi pertractauit, ita, si uoluisset, & in aliis expressisset,non fecit,ergo noluit.argu.l.vnic.§.fin autem ad desic.C.de caduc.tollend.

INSPECTO XVIII.

DVBITARI posset, nunquid consulentes in aliqua causa faciat numerum pro constituenda communi in illo casu ad vtilitaté sui clientuli? Et breuitati consulendo cõcludo, doctoré scribentem in vno
147 casu † nõ debere vllo pacto numerari in constituẽda cõi in illo casu in vtilitatem sui clientis ex duobus.Primo quia aduocatus est suspectus pp affectionem,quam hét causæ,propter quam affectioné dicit
148 † aduersarius eius,contra quem consuluit l. 1.§.si. cum glo.in verb.aduersario ff. de calumniat.Docto. omnes,& præcipue alios allegãtes Aug.Ber.col.12. nu.38.& Mar.Mant.col.10.nu. 11.in c.1.extra de iudic.cũ concord.Vñ aduocatus in vna cã,si in ea sit da
149 tus iudex põt † tanq̃ suspectus recusari c. postremo,& ibi glo.in verb.aduocati, Abb.& alii,extra de appel.doc.in d.c.1 de iudi.& est receptissimũ. Quinimmo doctor aduocando cõtra eũ, cũ quo fecit pa-
150 cé,in multis casibus dicitur† pacé rupisse,ut late p Iul.Ferre.in trac.de feri.seu induc.mili.treg. & pac.

nu.185.

n.185. vsq; ad 190.cum sim.At absurdum est dicere, doctorem suspectum facere numerum in communi, Ergo &c.Secundo,& vlt.quia si aduocati facerét numerũ pro cõi in cã,cuius patrimoniũ susceperunt, se quererentur duo maxima absurda, vnũ est occasio maximorũ sumptuũ,tot.n.cõsulerent doctores quousq; cõis,& magis cõm. efficeretur. alterũ est absurdũ,qa uincerent causas salté dubias non qui iustitiã fouerent,sed qui maioré pecuniarũ quantitaté haberent, quibus plura consilia peterentur at cõsequens nõ est admittendum,Merito.Intel.hoc quo ad consiliũ red ditũ in illa cã,secus si eandé opi.prius vel consulendo,uel tractãdo,uel alio modo firmasset, qa in aliis locis faceret nu.in com. ét in illa cã. Sed non pp hoc
151 litigantes † debent aspernari habere plures, & principaliores aduocatos , quia & maximum est indiciũ eius boni iuris, & quia bona capita, & rationes facilius excogitant plures,& excellentiores, quam pauci,& minus docti.

INSPECTIO XIX.

QVANDO QVE reperit inter cõsilia vnius insertũ cõsiliũ alterius doc.q & ipse hét ppriorũ cõ siliorũ libros separatos,inter quæ nõ reperit cõsiliũ insertũ inter alterius cõs. exéplũ habemus de quodã cõs.Bal.iserto inter cõs.Ang.cõs.265. uerba aũt suc cedere valeas]qđ inter cõs.Bal.non inuenitur.Quæritur,an talis doctor in eo cõs.faciat.n.& opi.in cõi? Et D.meus Frã.Cãt.in suo quodam pleno, & docto resp incip.tota uis psẽtis controuersiæ] in 2.insp.in fund.in fi.loqués de d.cõsi.Bal.voluit, tanq suspectũ
152 nõ debere † attẽdi,nec Bal.numerũ facere ob illud consi.ea vrgenti ratione,quia aut illud consi.nõ fuit Bal.ex quo reperitur inter eius consilia, aut si fuit, vtique Bald. uidetur illud raiecisse,& consequenter recessisse ab illa opin. ex quo non nnmerauit inter

sua consilia. Ego tamen pace tanti uiri in casu d.cōs. Bald. non credo uerã opin. eius per infrascripta. Pro resolutione tamẽ præsentis dubitationis distinguo
153 † duos casus. Quorum primus est, quando doctor inter consilia reperitur consilium alterius, habet cũ eo vel affinitatem, vt Ang. cum Bal. vel cōsuetudinẽ, vt scholaris cũ Pręceptore, vel sim. vel amicitiã, vel amicitiæ præsumptionẽ, ut inter doc. eiusdem ciuitatis, uel sim. & tunc credo talem doctorẽ facere opi. & numerum in cōi. Nam facile pōt esset, ut aliquis istorum potuerit habere consilium alterius, & pp affinitatem, & amicitiã traditum originale consilii spe recuperandi, vñ copia apud autorem nō remanserit, & id melius est dicere, quam quod consilium non sit Autoris. Nam, cur doctor inter propria consilia interfuerit consilium sub nomine alterius, alia rō esse non pōt nisi consideretur fraus, quæ non dẽt præsumi, præsertim quando alia legitima interpretatio pt adaptari; Itẽ hãc opinionẽ tenendo euitatur, doctorẽ censeri opinionẽ mutasse, quod est cōtra. reg. l. Lucius, in fi. ff. de leg. 2. Secundus casus est, qñ consiliũ reperitur inter consilia doctoris, cum quo autor uere, uel verisimiliter nulla familiaritate, affinitate, vel necessitudine fuit coniunctus, puta quod unus sit Italus, alter Gallus, & sic de simil. & tunc habet locũ opinio D. mei, quia potest esse consilium fictum in aliqua causa ad obtinendum, & postea sic impressum, uel si uere fuit proprii Autoris, ab eo improbatum censebitur, cum copiam non retinuerit.

INSPECTIO XX.

REPERIVNTVR in iure opuscula & libelli, quibus nullus est inscriptus autor, vnde istos incerti autoris libros appellare solemus. Dubitatur, an isti incerti Autores faciant numerum in commu
154 ni? Equidem arbitror, istos † facere numerum, tũ

quia

quia uideo, eos passim à Doctoribus allegari, tum et quia negari non potest, iurisperitum aliquem opus illud confecisse, & prout ibi opiniones protulit, uoluisse, & sensisse, neque nominis autoris incertitudo debet reddere illud opus inane, & frustratorium, ut esset, si allegari nequiret. Verum tamen est, huius in
155 certi autoris † modicam, & exiguam esse autoritatem. Primo, quia non potest cognosci, an autor iste sit antiquus, scripserit in senectute, max imi nominis uiuens extiterit, & simil. Et licet liber posset testari de singulari eius doctrina, cum tamen malus, & iniquus esse potuerit, quod posset argui ex illa incerti autoris inscriptione, autoritas non probatur, quia deficit alterum requisitum, uidelicet, uitæ probitas. Secundo quia credo, istos libros plerunque non excedere in bonitate, & elegantia, quia si alias esset vel veri autoris, vel alterius, qui librum in lucem emiserit, nomen appositum. Tertio, quia quando in aliqua quæstio. iste allegatur, potest esse, ꝙ sit idem cũ altero in illa quæstione citato. Quarto, & ultim. quia potest esse, quod opus illud fuerit ab autore penitus reiectum, uel saltem, quod manifesto colligigitur, neglectum.

INSPECTIO XXI.

PROPOSITA mihi fuit dubitatio à Do: Octauio Simcõello Calliensi iuuene & ingenii acumine, & legali scientia ualde prædito, & mihi semper honorando, utrum doctor, qui in Indice, seu tabula, seu repertorio, seu summario alicuius operis aliquid afferat, vel testetur de comm. opin. uel aliud agat, quod in opere isto non reperitur, faciat opin. & numerum in communi, uel eius attestatio attendenda sit? Et in hac difficultate sane pulchra, conclusiue
156 procedendo, ita † distinguendo concluderem. Aut iste Index est locupletatus ab eius autore iuribus, au

toritatibus,& rationibus præter contenta in opere, prout est Index Innocētij, pro quo est apposita Margar.Baldi, Index Abbatis Panor. Felini Sand. Fran. Aret.& aliorum, & tunc concludendum est, istos facere num.& opinionem,& ratio est,quia isti Indices non solum indicis,sed additionis uicem gerūt. Aut iste Index est simplex,prout sunt regulariter indices & tunc nec opinionem,nec numerum faciet,nec attestatio de comm.quicquam releuabit. Si quidem index per se nihil disponit, sed indicat solum ubi res in opere pertractetur.

INSPECTIO XXII. & ult.

DOCTORES quandoque defendunt, & firmant aliquam opinionem in genere,& postea dicūt (Quæ sententia saltem locum habet in tali casu)Vnde dubitare contingit. An isti per illam adiectionē (quę snia saltem,&c.)censeantur recessisse ab opinione in genere firmata, & an pro ea numerū faciat? Et omissa disputatione vna cum D. meo. Fran.Cātutio in pulchro respon.incip.donationem, de qua agitur reuocanda]circa med.in 5. cap.post princip. uersi.& licet Didac.Duen. & Forster,]concludo talem doct.
157 † non cēseri recessisse ab opinionē in gn̄ere firmata & ꝓ ea numerū facere, nā cū expresse tenuerit eā in genere non censetur in continenti se corrigere velle Nec quicquā facit adiectio illa (quæ snia saltē &c.) qm̄ aīaduertere debemus,ꝙ cōstituere opinionē, cōsistit in sola uoiuntate doctoris, quæ hoc casu clara apparet,cū expresse firmauerit opinionē in gn̄ere, vn̄ qn̄ subdit(quæ snia saltē &c.] quoad uolūtatē ꝓpriā non recedit ab opinio.gn̄ali, sed quoad alios ostendit,opinionē illā ī eo casu particulari esse clarissimā & oīno seruādam,ita in simili probat clare tex. in l. vnic.C.de emend.propin. Vbi vult Imper. domestica laudis exēpla seniorū prouocare propinquos mi-

nores

nores ad vitæ decora.ſed qm̃ ex parte iſtorũ id nõ pſ citur, iubet, ſaltẽ correctionis medicina compellere, ſed nõ p hoc negat, quin exempla in bonis ſufficiãt. Et de his hactenus. Plures alias difficultates ſubori ri poſſe, qui doctores faciant numerum, & opinionẽ in communi, non ignoro, ſed ex his aliarum reſolu tionem facilem eſſe, nihil perſuadeo.

Doctori atteſtanti de Communi Opinione an, & quomodo ſit credendum.

TITVLVS VII.

Summa Notabilium.

1 *DOCTORI atteſtanti de cõi opi. non creditur. Cõtrariũ n. 3. Ampliat n. 7 limit. n. 8. cum ſeqq.*
2 *Doctori atteſtanti de conſuetudine nõ creditur. Contrarium nu. 4. Declar. nu. 5. Fall. nu. 6.*
9 *Veritatem nõ immutari ex noſtro affirmare, vel negare.*
10 *Quid, quando in eadem q. ſunt atteſtationes hinc inde, primo creditur doctori recentiori. Fall. nu. 11. & 12.*
13 *Poſtea doctori principaliter de ea pertractãti. Fal. n. 14.*
15 *Deinde doctori plures autoritates adducenti.*
16 *Poſtmodum pluribus atteſtationibus.*
17 *Tandem ſi nullę adſint qualitates ſupradictę nulla attenditur.*

COGNITIS ſatis ſuperq; ex quibus conſtituatur uera, & perfecta cõis opi. Reliquũ eſt pro complemento huius primæ partis, diſcutere, & uidere, nunquid atteſtatio de communi opi. ab hoc, uel illo doct. facta ipſam cõem plene pbet, & conſequenter an, & qũo credatur doctori atteſtanti de cõi opinione? Et in hac difficultate duæ sũt ſcriben. ſententiæ, quarum prima eſt negatiua, ut

1 doctori de cōi attestanti † non sit credendū, & hanc tenuit solus Cag.in l.1.nu.265.ff.si cer.pet.& mouetur ea potissimum rōne,quia quemadmodum nō creditur doctori excellenti attestanti de consuetudine, ita eadem rōne non est fides habenda doctori de cōi
2 attestanti.Quod vero non credatur doctori † de consuetudine attestanti est recepta sententia, & ne singulas autoritates enumerem,hanc esse cōem opin.testātur Pet.de Raue.in tit.de consue.sect.5.n.16.Roch. Cur.in c.fi.sect.8.q.5.nu.9.post med. ex.eod.titu.de consuet.ubi testatur per relationē,& numerationem autorum,quę est ualidior attestatio, Cagn.in l.uni. in princ.nu. 20.ff. si quis ius dicen. non obtem.Dec. in consi.402.in causa illustris principis]col.fi.n.15. prope fi.uersi.ex quibus patet] vbi dicit communem recentiorum, Steph. Bertrand. in consilio. 181.circa processum causæ] colum. 6.sub numero. 15. uersicu. & licet Bartol.] libr. 3.vbi dicit magis communem, cum aliis allegatis per Anton. Gabriell. lib.1.comm.conclus.tit.de probat.conclus.4.ver.contraria Bald.] Sed hæc ratio fragilis est, ut ex infra dicendis apparebit. Contraria igitur est sententia, ꝙ
3 Doctori attestanti de communi opin. † credendum sit,& hanc tenent Ferd.Loaz.in rep.§. diui l.filiusfa. col.12.in fi.uersi.& doctori approbato]num.37.ff.de leg. 1.Rim.in consi.98.uiso processu agitato]col.pe. sub nu.75. & consi. 120. disputabilis sane est materia]col.2.nu.5.lib.1.Neuiz.in d.fil.nup. lib.5.num. 2.Iacob.de Leonar. inter consi.Maria. Iun.in consi. 121.eleganter, & non minus]nu.17.lib. 2.Hieron. Grat.in consi.88. teneo quòd hæres] col.1.nume.2. lib.2.Lancell.Conrad.in lib.de prætor. §:2.in titu. de sen.nu.26.Aug.Bero.in consi.99.non recedendo ab iis]num.4.lib.1.Io. Fran. Vicei inter consi.crim. diuer.in consi.146.veris pręsuppositis] in fi.num.4. lib.1.2.impress.Io.Hiero.Alban.modo Car.amplis.

in

in consi.5.si quis aut hodie est] num.46.Fran.Herc. in tract.de prob.Nega.num.302.ante fin.uersi.hęc ea dem trahi possunt]D.meus Io.Paul.Lancel.in d.sua disput.an,& quand.attendend. sit Comm.opi.in fin. cum similibus, & hæc est communis, & recepta sententia, ut ex numero eam tenentium clare apparet, & etiam meo iudicio uerissima. Pro qua imprimis retorqueo rationem in contrarium adductam. Nam

4 quemadmodum creditur doctori excell. † de consue suetudine attestanti, ut uoluit Bar.in rep.l. de quibus nu.21.ff.de legib. cuius opinio est communiter a doctoribus approbata, vt testantur Alex. in l.post dotem,col.10.nu.29.in prin.ff.sol.matr. Chrisogo. port.in §.apum,col.3.nu.10. Inst.de rer. diuis. Dec. in consi.420.quæritur an ad Archidiaconum] in fi. & consi.694.pro resolutione eorum]col.1.sub nu.3. vbi per numerationem plurium de com. testatur Io. Bap.Ferret.in consi.102.super casu decimarum]col. 2.nu.6.Rol.a Vall.in consi. 71. uiso processu]col.4. num.21.cum seq.& consi.87. non insistendo] col.2. num.12.lib.1.& hæc opinio Bar.est magis communis,ut asserunt Dec.in l.2.§.mutui datio, nume.12. & 13.ff.si cer.pet.Lud. Gozad.in consi. 59.prima facie dicendum]col.4.in prin.sub num. 18. Cur. Iu.in consi.60.casus in facto ita se habet] col.4. sub num. 5.Grat.in consi.12.contra quam plures]col.7.num. 58.& 59.lib.1.Maria.in consi.60. uidebitur fortasse] col.3.per tot.num.10.ubi per relationem compluriū hanc magis com.dicit lib.2.Fran.Hercul.in d. tract. de prob.neg.num.301.Craue. in consi.166.licet plurimi]colum.3.num.9. nouissime, & plenissime alios cumulans Nicol. Festas.in tract.de collect. par. 2. in titu.an, & quand.foren.indic.num.33.vsque ad 42. vbi habito respectu ad numerum, & autoritatē doct. hanc tenentium dicit eam magis comm. cum relatis per Ant.Gabr.in cōclu.4.in prin.item ista Bart.opi.

est uerior, ut testantur fere omnes isti, & præcipue Maria.iu.Nicol.Festas.& Io.dilect.in tract.de art.testand.in tit.de subst.caut.35: hæres cui alius] sub n.3.uer.& licet secundum quosdam]cum concor.& absque dubio, hæc est uere cõis, & magis cõis,uera,& uerior opinio tam ex numero, & autoritate eam tenentium,& rationibus ab illis adductis, quã per tot attestationes de cõi,magis com.uera, & ueriori opi. factis non fortuito,sed per relationem,numerationẽ & ponderationem autorum,& non ab antiquis, sed a nouissimis prout sunt Rol.& Nico. Festa.qui cum in dies communes nascuntur, crescant, & intereant, melius ueritatem huius rei reperire possunt.Hæc ta
5 men opinio intelligenda est, ut doctori † credatur præsumptiue,hoc est, donec contrarium probatnm non fuerit,non autem uere, ut intelligatur facta plena probatio,sed solum,ut transferatur onus probandi contrarium in aduersarium, ita uere uoluit Bart. in d.l.de quibus,& in his terminis est magis commu. opinio,& uera,vt per Dec.Cur.Gozad.Grat.Maria. Crauet.Festa. in locis supra adductis, & per Gaspar. Caball.in tract.de euictio.§.3.sub nu.39.uersic.uel resp. & intellige]cum adductis per Ant. Gabriel. d. conclu.4 post med Secundo hæc Bar. opinio proce-
6 dit, ut credatur Doctori † de consuetudine loci in quo Doctor diu est uersatus, ita declarat Paris de put.in trac.de sindic.in uerb.doctor]c.2.incip.an doctor,seu aduocatns]uer.consuetudo enim cõtra ius] in col.pen.nu.10.Alex.in consi.5.circa primum dubium]col.pen.sub n.11.in fi.uer.item respondeo]lib. 3.& post alios ita tradit Io.Dilect.d.n.3. per tot.vbi testatur se ita in praxi seruasse,& sequitur Ant. Gabriel.in d.conclu.4.prope fi uer. concorda istas]nu. 3.& credo uerissimum; Quemadmodum, inquam, creditur Doctori testanti de consuetudine,ita debet credi doctori attestanti de comm.opi.de qua ipse cognitionem

gnitionem habet. Secundo iuuatur hęc commu. opi. nam hanc uel illam opi. esse, uel non esse communẽ, quæstio est facti, cuius cognitio consistit in iure. nõ enim alius, quam iurisperitus cognoscere potest. At doctor præsumitur posse, & uelle cognoscere ea, quæ sunt iuris, & secundum ius affirmare, uel negare, cũ doctus & bonus censeatur iuxt. tradita per Alcia. in trac. præsum. regu. 3. psum. 2. & 19. per tot. Ergo &c. Vlti. roboratur opinio ista. nam si diceremus, ꝙ non credatur Doctori attestanti de communi, sequeretur uel impossibile, uel ualde difficile esse, cognoscere in casibus occurrentibus com. opi. At hoc est quam absurdissimum. Merito &c. Maior deducitur, nam cõ munis in casu particulari, aut cognoscitur per nume rationem, & ponderationem singulorum doct. super illo casu scribentium. Aut per testes. Cognoscere cõ munem per numerationem, & põderationem aucto rum est adeo difficile pp innumeros, & diuersos scri ptores, & præsertim hodie qñ libri in diem excrescũt in diuersis partibus orbis in eam quantitatẽ, ut qua facilitate sydera Cœli numerari possunt, eadem libri, & librorum loca, ut certe possit dici impossibile. Per testes uero cõmunis probari non potest, nisi per Iurisperitos. alii enim, quæ sit cõis, uel non cognoscere nequeunt, cum id in iure consistat. Si ergo nec Doctoribus credendum esset, improbata remaneret ipsa cõmunis, & inanis penitus efficeretur. Cõcludamus ergo pro communi opinione, ꝙ Doctori de cõmuni attestanti credendum est; Quę conclusio † pro cedit etiam, licet Doctor attestans de Communi nullum, aut paucos omnino Autores eam tenentes allegaret. Et ratio est, nam si aliter diceremus, utique Doctori non crederetur. si enim Doctori adducenti tot Autoritates, quibus communis, & magis communem conficeretur, esset solum credendum, non diceretur credi Doctori, sed ipsi ueritati crederetur,

deretur,& sic, inanis redderetur Communis opinio, supra firmata. Hæc autem conclusio recipit veram notabilem, & omnino menti tenendam declaratio-
8 nem,vt † habeat locum solummodo præsumptiue,& quoad transferendum onus probandi contrariũ dicenti non autem uere. Nam si contrarium, hoc est, magis communem in contrarium esse demonstratũ fuerit per maiorem numerum,& autoritatem Doctorum contrariam sententiam amplectentium,tunc nõ credetur, neque illa attestatio ullius erit momenti, ita defendit in causa maximi momenti Dom. meus Fran. Cantutius,& postea reperi ita in specie tenere Fran.Hercu.in d.tract.de proband.neg.nu.302.ante fi.uersi.hæc eadem trahi possunt) & est de mente omnium,& uerissimũ.Primo quia quemadmodum Doctori attestanti de consuetudine creditur solũ præsumptiue secundũ magis com. sñiam supra relatam, ita prǽsumptiue debet credi Doctori de com. attestãti. Secundo quia ex nostro affirmare, vel negare
9 † non immutatur veritas. l. illicitas §. ueritas. ff. de off. præsid.l. cum falsa, & ibi not. Docto. C. de Iur. & fac.ignoran.tradit Luc. de Pen. in l. origine propria,post prin.C.de muni.& orig.lib.10.Iac. Meno. in tract.de arbi.Iud.q.lib.2.centur.4.cas.336. n. 29. cum simi.& talis Doct.nõ facit, sed solum dicit hãc, uel illam opinionem cõem, sed nos prǽsupponimus uere magis cõem esse in contrarium,Merito &c.Tertio,& ult.quia doctor de cõi attestans non solum nõ facit cõem,sed neque ẽt vult facere,sed solum reddere de ea testimonium.Vnde si constant, in contrariũ esse magis cõem, & per consequẽs eius attestatio nõ seruetur,non contrafit eius uolũtati,præserttm quia id nullius fit ei præiudicii. cum perhoc nõ arguatur mendax,nam potest esse, quòd tempore, quo doctor de cõi testatus fuit,uere esset cõis,tractu uero temporis contraria magis com.effecta sit.Vnde iudices, qñ

inueniunt

inueniunt aliquam atteſtationem de commu.non debent quieſcere,ſed quærere an orta ſit magis comm. contraria;Et qñ aduocatus deducit opinionem contra atteſtationem eſſe magis cõem per cumulationẽ plurium & grauiorum doctorum,det attendere,neq; pertinaciter, (ut multi faciunt) inhærere atteſtationibus,quæ pleræq; fiunt inconſiderate; & præſertim ſi ſit atteſtatio doctoris non moderni. Sed hic inſurgit pulchra dubitatio,quid agendum ſit, qñ in eadẽ q.ſunt plures atteſtationes de cõi opi. hinc inde, ut hodie uidemus accidiſſe in compluribus qq. cui doctori atteſtanti magis credendum erit? Equidem breuitati conſulendo.Imprimis crederem, Doctori Iu-
10 niori , uel recentiori † magis habendam eſſe fidem, ita Grat.in d.conſi.88.n.2.lib.2.& Franc.Hercul.ſub d.n.302.ante fi.uerſi.hæc aũt trahi]& ratio eſt, quia cum omnes cões opiniones in dies, naſcãtur,creſcãt, & intereãt,ut poſt Salom. tradit Neuiz.in d.ſil.nup. lib.5.n.4.& experientia docet, debemus credere Iuniori,qui de vltima Cõi,quæ ſeruanda eſt,uериſimiliter teſtatur, & præſertim quia hoc pacto ſuſtinẽtur ſingulorum atteſtationes ueræ ſecundum diuerſitatẽ
11 temporum.Fal.hoc quando† alius doc.antiquior teſtaretur per allegationem plurium, & eorundem numerationem,& ponderationem,modernus vero paucis autoritatibus allegatis ſimpliciter teſtaretur per
12 mox dicenda.Fall.2.qñ† modernus teſtaretur de cõi extr.materiã,q̃ pertractat,antiquior uerò principaliter tractaret,quia magis credetur antiquiori ꝑ infra dicenda.Secundo hac deficiente qualitate cenſerem
13 magis credendũ † doctori principaliter pertractanti materiã,de qua eſt illa cõis,& ratio eſt,quia iſte præſumitur uſus maiori diligentia in reperiendis auto-
14 ritatibus,Fal.hoc,quando † doctor de cõi opi.cõtraria teſtãs ẽt incidenter longe plures auctoritates repeririſſet,q̃a tunc in iſto uiget maior rõ diligentiæ, &
conſe-

consequenter eius attestatio est magis attendenda. Tertio istis cessantibus crederem, esse attendendam.
15 † attestationem eius, qui plures Doct. pro sua Cõi cumulat, ita Franc. Hercu. ibidem, & ratio est eadem cum superiori, quia constat de maiori diligentia, & per consequens est magis attendenda §. optionis, cũ
16 fin. inst. de leg. Quarto si ista oia desint, ea cõis † est attẽdenda pro qua plures sunt attestationes de cõi, hoc est, pro qua plures doc. de illa com. testantur, in quo est aduertendum ꝙ ẽt pluriũ attestatio diceret, si Collegium doc. uel Rota testaretur, quia licet singulorum ratio non habeatur, tñ plures sunt, q̃ vnus, & huius conclusionis ratio est, quia ueritas facilius per plures, quam per pauciores reperitur l. fi. C. de fi deic. c. extra 64. dist. cum sim. Tandem si nulla istarũ
17 qualitatum adsit, nullæ attestationes † sunt attendẽdæ, sed recurrendum est ad ponderationem & numerationem doctorum utriusque partis; & ea opinio erit magis com. & attendenda, quæ maiori numero, & auctoritate doctorum fulcita erit. Et per hæc sit explicita prima pars huius tractatus.

TRACTATVS DE COMMVNI OPINIONE V. I. DOCTORVM.

LIBER II.

POST QVAM ad satietatem vsque cognouimus, quę nam sit communis opinio Doctorum, & quæ pro sui perfectione requirantur, reliquum nunc est, ut ad secundam partem huius tractatus transeamus, uidelicet, an, & quando ipsa Communis sit seruanda; Et quoniam nonnullis durum uidetur. Communem opinio. attendendam esse, ideo imprimis uidebimus, An id de iure subsistat.

An Communis Opinio sit attendenda

TITVLVS VIII.

Summa notabilium.

1 *COMMVNEM opinionem legendo, in tractatibus, & simil. non attendendam esse. Limit. n. 2. sublimit. num. 3.*

4 *Communem concludendo, & iudicando non attendendā esse. Contrarium nu. 16. Ampl. 2. modis nu. 17. & 19.*

5 *Legum puritas omnino amplectienda.*

6 *Declaratio §. sed neque l. 1. C. de vet. iur. enuclea.*

7 *Veritas*

7 *Veritas semper eadem, & semel verum, semper verum. Fall.nu.8.& 9.*
8 *Ius non semper idem, sed in dies mutatur.*
10 *Opiniones humanam conditionem imitantes nascuntur, pubescunt, & senescunt.*
11 *Ius ciuile non potest glossari. Sed contrarium seruatur, & quomodo num. 12.& 13.*
14 *Opinionum diuersitatem repellendam.*
15 *Multitudo arguit imperfectionem.*
18 *A communi recedere nefas. Et communis non debet reddi elusoria.*
20 *Veritas perfecta facilius potest haberi a pluribus, quam a paucioribus.*
21 *Opinionem omnium, vel maioris partis attendendam.*
22 *Opinioni Doct. adhęrere, ubi non est ius clarum, dedignari non debemus.*
23 *Doctores splendor, & lucerna iuris.*
24 *Opinio doctor. ubi non est lex, pro lege seruanda.*
25 *Opinio a multis approbata dicitur quotidie cōualescere.*
26 *Iudicio populi unus non debet contrauenire.*

COMMVNIS opinio Docto. an sit attendenda, discussuri, ne confuse procedamus, duplex adhibenda est inspectio. Prima, quid in actibus, qui tertio præiudicium nullum afferunt, ut puta legendo, in tract. singul. & simil. Altera quid in actibus tendentibus ad tertii præiudicium, ut consulendo, & iudicando.

INSPECTIO I.

IN hac prima inspectione absque alia disputatione concludendum est, una cum Franc. Turzan. in tract. commu. opin. in opin. 160. probationes] circa princip. uersic. si primam tueri uolucris] Io. Bologn. in

in l.1.sub nu.43.in 3.limit.ff.si cer. pet. & ex mente
1 omnium doct. communem opi. † non esse attendendam, & pro hac sententia adducitur semper l. si ita vulneratus, prope fi.uer.multa autem] ff. ad l.aquil. Et comprobatur optima ratione, nam legēdo, dispu tando,& in aliis simil.actibus iuribus,& rationibus, non auctoritatibus quæritur, quid uerius sit, vnde necessario receptæ traditiones in dubium reuocandæ sunt. Et hinc est, ꝙ videmus ab interpretibus dubitari,& controuerti diffinitiones in legibus etiā expressas,ut faciunt doc.in rub.C.qui admit. de defi nitione bonorū possessionis tradita a I.C.in l.3.§.bo norum igitur ff.eo.& sic de aliis pluribus.Et hoc nul lam habet difficultatem. Hæc conclusio Fal.quando
2 †disputando adducitur aliqua cōis extra, qōnem, de qua disputatur, quia tunc ēt disputando est seruanda.ita tradit Hypol.Rimi.in rub.inst.de don.nu.59. & est in ore omnium,&. uerissimum.Tum quia alias totum ius confunderetur. Tum quia disputatio iret
3 in infinitum, Sed hæc Fal.non procedit, qñ † decisio q.de qua disputatur, oīno dependeret ab illa cōi allegata, ita subtiliter more suo declarauit in Circulis D.meus Fran.Cantutius, & verum credo, qm̄ in ista viget eadem ratio, quæ est in cōi, de qua principaliter disputatur, hoc ē, qa alias tolleretur disputatio.

INSPECTIO II.

ALTERA modo subsequitur Inspectio. An Cōis opi.Doc.iudicando,& consulendo sit attendenda.Et in hac difficultate duæ sunt principales doctorum sententiæ,quarum.Prima est negatiua,vt nullo
4 pacto † attendi debeat cōis, & huius opinionis reperi solum Vdalri.Zasi.in l.2. §.post hunc, maxime in verb.innouare]circa med.sub n.78.ver. nec cōes opi niones sequimur]ff.de orig.iur.& lib.1.sing.respon. c.1.in fi.num.27. & complures in uoce audiui huius

esse opinionis, quę fulcitur ex pluribus. Et Primo,
5 nam legum † scita, legalisque sapientiæ puritatem, (ut Zasij verbis utar) sequi omnino nos debere, nemini dubium est. At Communes opiniones non modo legum puritatem non insectantur, sed potius in ambiguum detrudunt, cum sæpe in eadem q. hinc inde adsint attestationes de Communi, & receptæ sententiæ non pro ueritate, sed pro quæstu huc, & illuc meritis forte testimoniis figantur, & refigantur. Merito &c. Hæc ratio contrarium sustinendo facile diluitur. Primo, quia opiniones pro quæstu firmari in dubio non pręsumitur, & qui hoc dicit, suum potius detigit, quam aliorum ostendat defectum. Pręterea cũ ueritas oculis cerni nequeat, non est absurdum in eadem q. esse Communes hinc inde, cum quot capita, tot sententię, nec quis sibi tantum arrogare debet, vt suadeatur, melius solus ueritatem reperisse, quã tot Viri illustres communem opi. constituẽtes fecerint, cum facilius esse possit, ut quemadmodum plures falli uidentur, solus multo magis fallatur, unde cum certa ueritas reperiri nequeat merito sequimur præsumptam. Secundo igitur pro hac sententia negatiua adducitur text. qui hanc quæstionem in terminis dirimere uidetur in l. 1. circa med. uer. sed neque C. de uet. iur. enucl. Sed neque ex multitudine autorũ (inquit ibi Imperat.) quod melius, & ęquius est, iudicatote, cum possit unius forsan, & deterioris sentẽtia multos, & maiores aliqua in parte superare. At communis est sententia multitudinis autorum. Ergo &c. Stringitur ille contex. quia in uim rationis ibi dr, ꝙ unius sententia potest esse melior. Huic tex.
6 dupliciter respon. Et primo, ꝙ decisio † illius non potest habere locum in casu nostro, nam ibi ea uerba proferuntur eis, qui debebant compilare ius ciuile, & potestatem habebant addendi, & minuendi non secundum id, ꝙ scriptum reperiebant, sed illud debebant

bant ſtatuere, quod magis humano generi prodeſſe ſentirent, vt aperte cauetur in ead.l. infra §.ſed & in hoc ſtudium uobis,& in l.2 §.tanta autem. C.eo.nos vero loquimur de Doctoribus noſtri temporis, qui non id,quod magis hominibus prodeſſe ſentiũt, ſed illud ſolum,quod in iure ſcriptum reperiunt, amplectì debent Secundo reſpon.tex. illum non dicere,ꝙ multorum opinio ſit contemnenda, & vnius ſeruanda,ſed uelle ꝙ omiſſa multorum ſententia attendatur opinio vnius,qñ illa opinio eſt melior,æquior,& uerior.cum poſſit ſententia unius forſan multorũ opinionem ſuperare,& hoc eſt, ꝙ vult dicere ille tex.ꝙ nos non negamus,quando ſententia unius eſt verior ipſa communi.Tertio iuuatur opinio iſta hac ratione,nam veritas † ſemper eſt una, & eadem, & ſemel,
